

✓ CORPVS CHRISTIANORVM

Series Latina

LXXXV A

MAXENTII

ALIORVMQVE SCYTHARVM
MONACHORVM

NECNON

IOANNIS

TOMITANAE VRBIS EPISCOPI

OPVSCVLA

ACCEDVNT

‘CAPITVLA

S. AVGVSTINI’

TVRNHOLTI

TYPOGRAPHI BREPOLS EDITORES PONTIFICII

MCMLXXVIII

MAXENTII
ALIORVMQVE SCYTHARVM
MONACHORVM

NECNON

IOANNIS
TOMITANAE VRBIS EPISCOPI
OPVSCVLA

CVRA ET STVDIO
Fr. GLORIE

TVRNHOLTI
TYPOGRAPHI BREPOLS EDITORES PONTIFICII
M C M L X X V I I I

Univ. Library, UC Santa Cruz 1986

SVMPTIBVS SVPPEDITANTE
SVPREMO BELGARVM MAGISTRATV
PVBLICAE INSTITVTIONI
ATQVE OPTIMIS ARTIBVS PRAEPOSITO
EDITVM

© Brepols 1978

No part of this work may be reproduced in any form,
by print, photoprint, microfilm or any other means
without written permission from the publisher.

MAXENTII
ALIORVMQVE SCYTHARVM MONACHORVM
NECNON
IOANNIS
TOMITANAE VRBIS EPISCOPI

OPVSCVLA

ER
60
C49
v.85

SYLLABVS

Syllabus	VI
Conspectus opusculorum	VI-VII
Documenta et testimonia ad quae in prolegomenis refertur	VIII-XVI
Bibliographia selecta et sigla bibliographica	XVII-XXII
Prolegomena	XXIII-XLI
Conspectus codicum	XLII-XLIV
Ratio legendi :	
uoces abbreviatae	XLV-XLVII
signa	XLVII
MAXENTII aliorumque Scytharum monachorum necnon	
IOANNIS TOMITANAE VRBIS EPISCOPI opuscula	I-239

CONSPECTVS OPVSCVLORVM

1. LIBELLVS FIDEI

OBLATVS LEGATIS APOSTOLICAE SEDIS
 CONSTANTINOPOLIM
 QVEM ACCIPERE NOLVERVNT
 SVSCEPTVS EST VERO ROMAE
 A BEATO PAPA HORMISDA
 ET IN CONVENTV EPISCOPORVM
 SIVE TOTIVS ECCLESIAE
 NECNON ETIAM OMNIVM SENATORVM
 LECTVS
 CATHOLICVS EST PER OMNIA APPROBATVS ... §-2§

2. CAPITVLA

EDITA
 CONTRA NESTORIANOS
 ET PELAGIANOS
 AD SATISFACTIONEM FRATRVM 29-30

3. PROFESSIO BREVISSIMA CATHOLICAE FIDEI ..	33-36
4. BREVISSIMA ADVNATIONIS RATIO VERBI DEI AD PROPRIAM CARNEM	39-40
5. RESPONSIO CONTRA ACEPHALOS QVI "POST ADVNATIONEM" STVLTE "VNAM" PROFITENTVR "IN CHRISTO NATVRAM"	43-47
6. DIALOGVS CONTRA NESTORIANOS (libri duo)	51-110
7. RESPONSIO ADVERSVS EPISTVLAM HORMISDAE	
A. EPISTVLA QVAE DICITVR ESSE PAPAE HORMISDAE AD POSSESSOREM EPISCOPVM AFRICAE QVI EST CONSTANTINOPOLI	115-121
B. RESPONSIO ADVERSVS EPISTVLAM QVAM AD POSSESSOREM A ROMANO EPISCOPO DICVNT HAERETICI DESTINATAM	123-153
8. EPISTVLA AD EPISCOPOS	
A. EPISTVLA SCYTHARVM MONACHORVM AD EPISCOPOS	157-172
B. RESCRIPTVM EPISCOPORVM AD SCYTHAS MONACHOS (<i>excerpta</i>)	173-177
9. SCYTHAE MONACHI	
A. DISPVATIO XII CAPITVLORVM CYRILLI ALEXANDRINI ET SIC DICTORVM NESTORII ANTI ANATHEMATISMORVM	195-213
B. REFVTATIO QVORVNDAM NESTORII DICTORVM	214-224
C. EPILOGVS COLLECTIONIS 'PALATINAE' PRIMARIAE	231-234
10. IOANNIS TOMITANAE VRBIS EPISCOPI DISPVATIO DE NESTORIANIS ET EVTYCHIANIS	234-239

DOCUMENTA ET TESTIMONIA
AD QVAE IN PROLEGOMENIS REFERTVR

I. APVD DIONISIVM EXIGVVM.

1. *DION-E praef 5* (= *DION-E in CO I, 9-2*) :

Dominis uenerabilibus et carissimis *fratribus* IOANNI
atque LEONTIO, Dionisius exiguus.

II. IN IPSIS SCYTHARVM MONACHORVM SCRIPTIS.

2. *MAXENT fi* :

Dominis uiris beatissimis Germano et Ioanni episcopis,
Felici et Dioscoro diaconis, Blando presbytero et uni-
uersae legationi apostolicae sedis, Libellus ab *exiguo*
MAXENTIO et omnium *qui mecum sunt*.

3. *MAXENT cap* :

Incipiunt Capitula MAXENTII IOANNIS edita contra
Nestorianos et Pelagianos ad satisfactionem *fratrum*.

4. *MAXENT pro* :

Item incipit EIVSDEM Professio breuissima catholicae
fidei.

5. *MAXENT rat* :

Item incipit EIVSDEM Breuissima adunationis ratio
uerbi dei ad propriam carnem.

6. *MAXENT acepb* :

Item incipit EIVSDEM Responsio contra acephalos qui
post adunationem stulte unam profitentur in Christo na-
turam.

7. *MAXENT Nest (praef.)* :

Incipit praefatio Dialogi MAXENTII IOANNIS *serui dei*
contra Nestorianos.

8. *Ibid. (lib. I)* :

Finit Dialogi MAXENTII IOANNIS *serui dei* liber I fe-
liciter.

(1) DION. EXIG., *Praef. 5*, inscr. (CC 85, p. 55, 1/2).

(2) MAXENT., *Libell. fid.*, inscr. (infra, p. 5, 1/4).

(3) MAXENT., *Capit.*, tit. (infra, p. 29).

(4) MAXENT., *Profess. fid.*, tit. (infra, p. 33).

(5) MAXENT., *Adun. rat.*, tit. (infra, p. 39).

(6) MAXENT., *Resp. c. acepb.*, tit. (infra, p. 43).

(7) MAXENT., *Dial. c. Nest.*, *Praef.*, tit. (infra, p. 51).

(8) MAXENT., *o.c.*, I, expl. (infra, p. 72, app.).

9. *Ibid. (lib. II, capit.) :*
Incipiunt EIVSDEM capitula libri secundi.
10. *Ibid. (lib. II) :*
MAXENTII IOANNIS *serui dei* Dialogi libri II expliciunt contra Nestorianos.
11. MAXENT Hor :
Incipit Responsio MAXENTII IOANNIS *serui dei* aduersus epistolam quam ad Possessorem a romano episcopo dicunt haeretici destinata.
12. *Ibid. :*
Epistula quasi a romano episcopo destinata, in qua multa inaniter contra SCYTHARVM *monachos* digesta reperiuntur, necessario consideraui ipsius epistolae dictis respondere, eosdemque *monachos* omni huiusmodi culpa liberos approbare. Nec me quilibet rite arguat ad scribendum pro eis leuiter prosiluisse, cum sciat nos debitores esse pro *fratribus* etiam animas ponere.
13. *Ibid. :*
Cum ergo non aliis, sed istis ipsis, aduersus quos haec scripta sunt, *monachis* responsum quaerentibus romanus episcopus dare omnino distulerit.
14. *Ibid. :*
Specialiter iam contra eos (pro quibus agimus) *monachos*, iracundiae facibus accensus et inuidiae stimulis incitatus, totus intendit.
15. *Ibid. :*
Qui, specie et professione tantum, non opere et ueritate *religiosos* eos (contra quos agit) audet dicere *monachos*.
16. *Ibid. :*
Pro hac etenim sola sententia SCYTHARVM *monachos* constat ad romanum fuisse profectos episcopum.

(9) MAXENT., *o.c.*, II, capit. (infra, p. 73, app.).
 (10) MAXENT., *o.c.*, II, expl. (infra, p. 110, app.).
 (11) MAXENT., *Adv. epist. Horm.*, Resp., tit. (infra, p. 123).
 (12) MAXENT., *o.c.*, Resp., prol. (infra, p. 124, 29/35).
 (13) MAXENT., *o.c.*, Resp., I, 1 (infra, p. 125, 58/60).
 (14) MAXENT., *o.c.*, Resp., I, 5 (infra, p. 130, 210/212).
 (15) MAXENT., *o.c.*, Resp., I, 6 (infra, p. 130, 230/232).
 (16) MAXENT., *o.c.*, Resp., I, 6 (infra, p. 131, 246/248).

17. *Ibid.* :

Ad hoc ubique hanc ipsam (cui respondimus) epistulam proferunt : quatenus et saepe dictis *monachis* inuidiam concitent.

18. *Ibid.* :

Numquam etenim SCYTHARVM *monachos*, quos non simplici sermone, sed etiam scriptis, Christum filium dei 'unum ex trinitate' nouerat confiteri, per quattuordecim paene menses, quamdiu eos ibi detinuit, sibi communicare permisisset.

19. *Ibid.* :

Qui studium medicabilis patientiae, moderatione adhibuisse se iactat, quo SCYTHARVM *monachos* a proprio sanaret uulnere.

20. *Ibid.* :

Qui sanctam et ueritati conuenientem SCYTHARVM, immo uniuersae ecclesiae, professionem, uirus noxium arbitratur.

21. *Ibid.* :

Numquam pacem dominico discessu relictam apud SCYTHARVM *monachos* esse conqueritur.

22. *Ibid.* :

Dicis eosdem *monachos* eo usque tumoris elatos, ut ad arbitrium suum utriusque orbis putent inclinandum iudicium.

23. *Ibid.* :

Monachi autem, quos inique laceras, in tantum ad hoc crimine alieni sunt, ut numquam per dei gratiam catholica communionem discesserint.

24. *Ibid.* :

Numquam ... haec dicere potuisses, quae nunc quasi in uituperationem *monachorum* (contra quos agere uideris) conscripsisse te credis.

(17) MAXENT., *o.c.*, Resp., I, 6 (infra, p. 131, 251/253).

(18) MAXENT., *o.c.*, Resp., I, 6 (infra, p. 132, 268/272).

(19) MAXENT., *o.c.*, Resp., I, 6 (infra, p. 133, 305/307).

(20) MAXENT., *o.c.*, Resp., I, 7 (infra, p. 133, 318/320).

(21) MAXENT., *o.c.*, Resp., I, 8 (infra, p. 134, 335/337).

(22) MAXENT., *o.c.*, Resp., I, 8 (infra, p. 136, 408/410).

(23) MAXENT., *o.c.*, Resp., I, 8 (infra, p. 137, 450/452).

(24) MAXENT., *o.c.*, Resp., I, 9 (infra, p. 138, 463/465).

25. *Ibid.* :

Peruerso ordine ea, quae Romae contra ipsis acta sunt *monachis*, digerens, cuncta mentitus es.

26. *Ibid.* :

Ipsi *monachi* de his, quae circa se acta sunt, tam memorato episcopo quam etiam senatoribus necnon uniuersae ecclesiae, scriptis contestati sunt.

27. *Ibid.* :

Volens ei (Dioscoro) praestare hoc beneficium, ne in publico ab eisdem *monachis* argueretur haereticus.

28. *Ibid.* :

Non quasi regiae potestatis auxilium flagitantes (sicut haeretici iactitant) saepe dicti *monachi* circa regum statuas inclamauerint.

29. *Ibid.* :

De illa sententia, quam uniuersa dei tenet et defendit ecclesia, *monachis* in publico disputantibus.

30. *Ibid.* :

Eisdem *monachis* ibidem remorari uolentibus.

31. *Ibid.* :

Nec habens, credo, quod aduersus eosdem *monachos* sua sibi fallacia suggerat.

32. *Ibid.* :

Qualiter ipsi *monachi* se in Romana urbe tractauerint, qui uere scire desiderat.

33. *Ibid.* :

Si memorati *monachi*, quos quasi eiusdem ecclesiae contrarios aestimat, inique aduersus eam in his partibus aliqua fingere uoluissent.

34. *SCYTH-M ep* (= *PET-D ep* = [FV] *ep* 16) :

Item Epistula PETRI *diaconi*, IOANNIS, LEONTII,

(25) MAXENT., *o.c.*, Resp., I, 9 (infra, p. 138, 471/473).

(26) MAXENT., *o.c.*, Resp., I, 9 (infra, p. 138, 482/484).

(27) MAXENT., *o.c.*, Resp., I, 9 (infra, p. 138, 487/488).

(28) MAXENT., *o.c.*, Resp., I, 9 (infra, p. 139, 513/515).

(29) MAXENT., *o.c.*, Resp., I, 9 (infra, p. 139, 526/527).

(30) MAXENT., *o.c.*, Resp., I, 9 (infra, p. 140, 534).

(31) MAXENT., *o.c.*, Resp., I, 10 (infra, p. 141, 560/561).

(32) MAXENT., *o.c.*, Resp., I, 10 (infra, p. 141, 566/567).

(33) MAXENT., *o.c.*, Resp., I, 10 (infra, p. 141, 572/574).

(34) SCYTH. MON., *Epist. ad episcopos*, tit. = [FVLG.], *Epist.* 16, tit. (CC 91A, p. 551, app.).

IOANNIS pro causa fidei directi ad Datianum, Fortunatum, Ianuarium, Albanum, Horontium, Boetium, Fulgentium episcopos.

35. *Ibid.* :

Dominis sanctissimis, et cum omni ueneratione nominandis, Datiano, Fortunato, Ianuario, Albano, Orontio, Boetho, Fulgentio, et ceteris episcopis et in Christi confessione decoratis, *exigui* PETRVS *diaconus*, IOANNES, LEONTIVS, alius IOANNES et ceteri *fratres* in causa fidei Romam directi.

36. *Ibid.* :

PETRVS misericordia dei *diaconus* subscripsit.
IOANNES misericordia dei *monachus* subscripsit.
LEONTIVS misericordia dei *monachus* subscripsit.
IOANNES *lector* misericordia dei subscripsit.

37. *Ibid.* :

Explicit Epistula PETRI *diaconi*, IOANNIS *monachi*, LEONTII *monachi*, IOANNIS *lectoris*.

III. APVD FVLGENTIVM RVSPENSEM.

38. *FV ep 17* :

Dilectissimis et in Christi fide atque gratia plurimum amplectendis sanctis *fratribus* PETRO *diacono*, IOANNI, LEONTIO et aliis IOANNI, ceterisque *fratribus*, quos una uobiscum in causa fidei Romam directos litteris intimatis, Datianus, Fortunatus, Boethos, Victor, Scolasticus, Horontius, Vindicianus, Victor, Ianuarius, Victorianus, Fontius, Quoduultdeus, Fulgentius, Felix et Ianuarius, in domino salutem.

39. *Ibid.* :

Beatus *frater* noster IOANNES *diaconus*, a uestra societate directus, litteras nobis quas misistis exhibuit.

(35) SCYTH. MON., *ep.c.*, inscr. = [FVLG.], *Epist. 16*, inscr. (CC 91A, p. 551, 1/6; infra, p. 157, 1/6).

(36) SCYTH. MON., *ep.c.*, subscr. = [FVLG.], *Epist. 16*, subscr. (CC 91A, p. 562, 393/396; infra, p. 172, 393/396).

(37) SCYTH. MON., *ep.c.*, expl. = [FVLG.], *Epist. 16*, expl. (CC 91A, p. 562, app.).

(38) FVLG. e.a., *Rescr. ad Scyth. mon.*, inscr. = FVLG. e.a., *Epist. 17*, inscr. (CC 91A, p. 563, 1/8; infra, p. 173, 1/8).

(39) FVLG. e.a., *ep.c.*, (1), 1 = FVLG. e.a., *Epist. 17*, (1), 1 (CC 91A, p. 563, 9/10; infra, p. 173, 9/10).

IV. IN CODICE MANVSRIPTO S. KYLIANI.

40. *Cod. L (Bodl. Laud.misc.580) :*

In hoc codice continentur
 Sancti Fulgentii episcopi :
 Libri ad Monimum ;
 Obiectiones regis Africae Trasamundi ;
 Contra ipsum libri III ;
 Ad diuersos.

MAXENTII, IOANNIS *seruorum dei* :

Dialogi contra Nestorianos.

V. IN EPISTVLIS HORMISDAE PAPAE
ET AD EVM DIRECTIS.41. *DIOSC ep : COL-AV 216 = [HOR] ep 75 :*

Insidiator antiquus excitauit *monachos* DE SCYTHIA,
 qui de domo magistri militum Vitaliani sunt.

42. *Ibid. :*

Isti *monachi*, inter quos est et LEONTIVS, qui se dicit
 parentem esse magistri militum, Romam festinant.

43. *LEG-AP ep : COL-AV 217 = [HOR] ep 76 :*

Tribulationum prouisores et socii, et unitatis eccle-
 siae impedimenta, *monachi* DE SCYTHIA fuerunt.

44. *Ibid. :*

Monachi uero cum similiter ad concordiam quaererentur,
 fuga lapsi maluerunt de ciuitate discedere quam ad
 concordiam peruenire.

45. *Ibid. :*

Magnopere praedicti *monachi* ad Italiam uenientes
 aliquanta capitula proponere habent.

(40) Cod. Oxoniensis, *Bodleianus*, Laud.misc.580, s. IX^a, f. 67^v (JTS 7, p. 75 ; ACO IV, II, p. III ; infra, p. XLIII).

(41) DIOSC. DIAC., *Suggestio ad Horm.* die 29.VI.519 (30.V.519 iuxta Thiel, p. 868 ; cf. p. 871 not. 8) = [HORM.], *Epist.* 75, 2 (Thiel, p. 869) = *Epist.* 216^{AVELL.}, 5 (CSEL 35, p. 675, 21/23).

(42) DIOSC. DIAC., *ep.c.* = [HORM.], *Epist.* 75, 2 (Thiel, p. 869) = *Epist.* 216^{AVELL.}, 6 (CSEL 35, p. 675, 26/27).

(43) LEGATI APOST. SEDIS, *Epist. ad Horm.* die 29.VI.519 = [HORM.], *Epist.* 76, 3 (Thiel, p. 872) = *Epist.* 217^{AVELL.}, 5 (CSEL 35, p. 677, 30/31).

(44) LEGATI APOST. SEDIS, *ep.c.* = [HORM.], *Epist.* 76, 3 (Thiel, p. 872) = *Epist.* 217^{AVELL.}, 7 (CSEL 35, p. 678, 18/20).

(45) LEGATI APOST. SEDIS, *ep.c.* = [HORM.], *Epist.* 76, 4 (Thiel, p. 873) = *Epist.* 217^{AVELL.}, 8 (CSEL 35, p. 678, 20/21).

46. *IVSn ep : COL-*AV* 187 = [HOR] ep 78 :*

Comperimus quosdam nomine *monachos* ... iter arripuisse.

47. *Ibid. :*

Sunt autem nomina eorum ACHILLES, IOANNES, LEONTIVS et MAVRITIVS.

48. *IVSn ep : COL-*AV* 191 = [HOR] ep 89 :*

Petimus ut, si est possibile, celerrimo dato responso et satisfactis religiosis *monachis*, IOANNEM et LEONTIVM ad nos remittatis.

49. *Ibid. :*

Diligenter tractate et firmissimum responsum per antefatos religiosos *monachos* ... nobis remittite.

50. *HOR ep 90 = COL-*AV* 190 :*

Monachos, quos uenisse Romam significastis litteris uestris.

51. *HOR ep 91 = COL-*AV* 189 :*

Significamus SCYTHAS *monachos* allegasse plurima, quae nos relinquere indiscussa non possumus.

52. *Ibid. :*

Cuius fidem hi ipsi *monachi* uehementer accusant.

53. *DIOSC ep : COL-*AV* 224 = [HOR] ep 98 :*

Significastis intentionem *monachorum* SCYTHICORVM.

54. *Ibid. :*

SCYTHAE econtra inchoauerunt dicere.

(46) IVSTINIAN., *Epist. ad Horm.* die 29.VI.519 = [HORM.], *Epist.* 78, 1 (Thiel, p. 875) = *Epist.* 187^{AVELL.}, 2 (CSEL 35, p. 644, 9/10).

(47) IVSTINIAN., *ep.c.* = [HORM.], *Epist.* 78, 1 (Thiel, p. 876) = *Epist.* 187^{AVELL.}, 3 (CSEL 35, p. 644, 24 - 645, 1). — Pro "*Mauritius*", "*Maxentius*" scripsit Baronius (cf. Thiel, p. 876 not. 6; Loofs, p. 233).

(48) IVSTINIAN., *Epist. ad Horm.* in.VII.519 = [HORM.], *Epist.* 89, 1 (Thiel, p. 886) = *Epist.* 191^{AVELL.}, 3 (CSEL 35, p. 648, 23/25).

(49) IVSTINIAN., *ep.c.* = [HORM.], *Epist.* 89, 1 (Thiel, p. 886) = *Epist.* 191^{AVELL.}, 4 (CSEL 35, p. 649, 1/3).

(50) HORM. PAPA, *Epist. ad Iustinian.* die 2.IX.519 = HORM., *Epist.* 90, 2 (Thiel, p. 887) = *Epist.* 190^{AVELL.}, 3 (CSEL 35, p. 647, 22/23).

(51) HORM. PAPA, *Epist. ad Iustinian.* die 2.IX.519 = HORM., *Epist.* 91, 1 (Thiel, p. 887) = *Epist.* 189^{AVELL.}, 1 (CSEL 35, p. 646, 25/27).

(52) HORM. PAPA, *ep.c.* = HORM., *Epist.* 91, 1 (Thiel, p. 888) = *Epist.* 189^{AVELL.}, 3 (CSEL 35, p. 647, 6).

(53) DIOSC. DIAC., *Suggestio ad Horm.* die 15.X.519 = [HORM.], *Epist.* 98, 1 (Thiel, p. 894) = *Epist.* 224^{AVELL.}, 1 (CSEL 35, p. 685, 4).

(54) DIOSC. DIAC., *ep.c.* = [HORM.], *Epist.* 98, 2 (Thiel, p. 895) = *Epist.* 224^{AVELL.}, 4 (CSEL 35, p. 686, 2).

55. *Ibid.* :

Isti tamen SCYTHAE sciāt beatitudo uestra, quia ... dicunt.

56. *Ibid.* :

MAXENTIVS tamen quod sub *abbatis* uocabulo dixit se congregationem habere, si interrogetur : aut cum quibus *monachis* uixit aut in quo monasterio aut sub quo abbate *monachus* factus est, dicere non potest. Similiter et si de ACHILLE dicere uoluerō, rem facio superuacuam.

57. *IVSn ep* : COL-AV 188 = [HOR] *ep* 99 :

Dictum est SCYTHICOS *monachos* hac ratione ad sedem uestram accessisse.

58. *HOR ep* 103 = COL-AV 227 :

De personis SCYTHARVM *monachorum* uir illustris Iustinianus nobis scripsit.

59. *HOR ep* 124 = COL-AV 231 :

Super hunc fere iugem annum quorundam SCYTHARVM, qui *monachos* praeferebant specie non ueritate, professione non opere.

VI. APVD TRIFOLIUM PRESBYTERVM.

60. *TRI ep* :

Incipit Epistula Trifolii ... ad beatum Faustum senatorem contra IOANNEM SCYTHAM *monachum*.

61. *Ibid.* :

Mandare mihi dignatus es, *monachos* SCYTHAS a Constantinopolim aduenisse.

(55) DIOSC. DIAC., *ep.c.* = [HORM.], *Epist.* 98, 3 (Thiel, p. 895) = *Epist.* 224^{AVELL.}, 7 (CSEL 35, p. 686, 12/13).

(56) DIOSC. DIAC., *ep.c.* = [HORM.], *Epist.* 98, 4 (Thiel, p. 896) = *Epist.* 224^{AVELL.}, 11 (CSEL 35, p. 687, 19/23).

(57) IUSTINIAN., *Epist. ad Horm.* die 15.X.519 = [HORM.], *Epist.* 99, 1 (Thiel, p. 897) = *Epist.* 188^{AVELL.}, 4 (CSEL 35, p. 646, 12/14).

(58) HORM. PAPA, *Epist. ad legatos* die 3.XII.519 = HORM., *Epist.* 103, 3 (Thiel, p. 904) = *Epist.* 227^{AVELL.}, 6 (CSEL 35, p. 693, 11/12).

(59) HORM. PAPA, *Epist. ad Possess.* die 13.VIII.520 = HORM., *Epist.* 124, 2 (Thiel, p. 927) = *Epist.* 231^{AVELL.}, 6 (CSEL 35, p. 697, 20/22) = MAXENT., *Adv. epist. Horm.*, *Epist.*, I, 6 (infra, p. 116, 28/30).

(60) TRIFOL., *Epist. ad b. Faust. senat.*, tit. (CC 85, p. 137, app.).

(61) TRIFOL., *ep.c.*, I (CC 85, p. 137, 1/2).

VII. ITERVM APVD FVLGENTIVM RVSPENSEM.

62. *FV ep 15* :

Dei gratia plurimum amplectendis sanctis *fratribus* IOANNI *presbytero* et *archimandritae* et VENERIO *diacono*, et *fidelibus uiris* quorum in uestra epistula subscriptio continetur, Datianus, Fortunatus, Boethos, Victor, Scolasticus, Horontius, Vindicianus, Victor, Ianuarius, Victorianus, Fontius, Quoduultdeus, famuli Christi, in domino salutem.

63. *FV praes* :

Deo gratias ago, sancti fratres IOANNES *presbyter* et VENERI *diacone*, cuius ope tales estis, ut pro gratia qua saluamur, magno spiritu et feruore certetis.

VIII. IN ANONYMI SCYTHAE MONACHI COLLECTORIS
EPILOGO COLLECTIONIS PRIMARIAE (PALATINAE).64. *SCYTH-M coll Palat epilog (= SCYTH-AN : CO I, v-1 [epilog.])* :

Necessarium profecto credidimus utramque prauitatem sua per plurimos ignoratione serpentem beatissimi *patris nostri* IOANNIS TOMITANAE *urbis episcopi prouinciae* SCYTHIAE sermonibus prodere.

IX. APVD IPSVM IOANNEM TOMITANAE VRBIS
EPISCOPVM.65. *IO-T bas* :

[Incipit sancti IOANNIS TOMITANAE *ciuitatis episcopi prouinciae* SCYTHIAE De duabus haeresibus Nestorianorum et Eutyichianistarum (nuper exortis post obitum beatae memoriae Augustini episcopi) breuissima utilis-simaque instructio.]

(62) FVLG. e.a., *Rescr. ad Ioan. et Vener.* = FVLG. e.a., *Epist. 15*, inscr. (CC 91A, p. 447, 1/9). — Cf. infra, p. xxiii.

(63) FVLG., *De uerit. praedest. et grat.*, I, (1), 1 (CC 91A, p. 458, 1/3). — Cf. infra, p. xxiii.

(64) SCYTH. MON. ANON., *Coll. Palat.*, *Epilog.*, 54, 5 (ACO I, v-1, p. 181, 5]7 ; infra, p. 234, 18/26). — Cf. Schwartz, *Collect.*, p. viii-ix ; Altaner, *Leont.*, p. 385.

(65) IOAN. TOMIT., *Disput. de Nest. et Eutyeb.*, [inscr.] (infra, p. 234).

BIBLIOGRAPHIA SELECTA
ET
SIGLA BIBLIOGRAPHICA

AAM = *Abhandlungen der Bayerischen Akademie der Wissenschaften*. Phil.-hist. Klasse, München, 1835 sqq.

AB = *Analecta Bollandiana*, Bruxelles, 1882 sqq.

ACO = *Acta Conciliorum Oecumenicorum*, ed. E. SCHWARTZ, Argentorati, 1914; Berolini - Lipsiae, 1922-1940; — J. STRAUB, 1971.

ALTANER (B.), *Athan.* = *Altlateinische Übersetzungen von Schriften des Athanasios von Alexandria*, — *TU* 83, 1967, p. 392-408 (= *BZ* 41, 1941, p. 45-59).

ALTANER (B.), *Leont.* = *Der griechische Theologe Leontius und Leontius der skytische Mönch*, — *TU* 83, 1967, p. 375-391 (= *TQ* 127, 1947, p. 147-165).

ALTANER (B.), *Skyth.* = *Zum Schrifttum der « skythischen » (gothischen) Mönche. Quellenkritische und literarhistorische Untersuchungen*, — *TU* 83, 1967, p. 489-506 (= *HJ* 62, 1943, p. 261-273; *HJ* 72, 1953, p. 568-581).

AMANN (É.), *Horm.* = *Hormisdas*, — *DTC* 7-1, 1927, col. 171-175.

AMANN (É.), *Scyth.* = *Scythes (Moines)*, — *DTC* 14-2, 1941, col. 1746-1753.

AMANN (É.), *Sémi-Pélag.* = *Sémi-Pélagiens (Les difficultés)*, — *DTC* 14-2, 1941, col. 1837-1840.

AMANN (É.), *Théopasch.* = *Théopaschite (Controverse)*, — *DTC* 15-1, 1946, col. 505-512.

AnBoll = *AB*.

Auell. = *Collectio Auellana*; uide: GÜNTHER (O.).

BALCL = *Bulletin d'ancienne littérature chrétienne latine*, Maredous, 1921 sqq. (= supplementum ad *RBén*).

BARDENHEWER (O.), *Gesch.*, v = *Geschichte der altkirchlichen Literatur*, v, Freiburg i. Breisgau, 1932, 1962², p. 9 sqq.

BARK (W.C.), *Maxent.* = *John Maxentius and the Collectio Palatina*, — *HTR* 36, 1943, p. 93-107.
Cf.: FRANSEN (I.), *Collect.*

BATTIFOL (P.), *Justin.* = *L'empereur Justinien et le siège apostolique*, — *RSR* 16, 1926, p. 159 sqq.

BZ = *Byzantinische Zeitschrift*, München - Leipzig, 1892 sqq.

CAPPUYNS (M.), *Capit.* = *L'origine des « Capitula » d'Orange* 529, — RTAM 6, 1934, p. 121-142.

CC = *Corpus Christianorum. Series latina*, Turnholti, 1953 sqq.
Claui = CPL.

CO = ACO.

COLAV = *Collectio Auellana*; uide : GÜNTHER (O.).

CPG = *Claui Patrum Graecorum*, I-IV, ed. M. GEERARD, Turnhout, 1974 sqq.

CPL = *Claui Patrum Latinorum*, ed. E. DEKKERS, Steenbrugge, 1951, 1961² (= SE 3).

CSEL = *Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum*, Vindobonae, 1866 sqq.

DENZINGER (H. - SCHÖNMETZER A.), *Enchir.* = *Enchiridion Symbolorum, Definitionum et Declarationum de rebus fidei et morum*, Barcinone - Friburgi Brisgouiae - Romae - Neo-Eboraci, 1967²⁴, p. 138, ad n. 401-402.

DEVREESE (R.), *Théod.* = *Essai sur Théodore de Mopsueste*, — ST 141, 1948.

Cf. : FRANSEN (I.), *Théod.*

DTC = *Dictionnaire de Théologie catholique*, Paris, 1930³ sqq.

ELERT (W.), *Ausgang* = *Der Ausgang der altkirchlichen Christologie*. ..., Berlin, 1957, praecipue p. 71-199.

ELERT (W.), *Theopasch.* = *Die theopaschitische Formel*, — TLZ 75, 1950, p. 195-206.

EPHE = *École pratique des Hautes Études. Annuaire*, Paris.

FCLD = *Forschungen zur christlichen Literatur- und Dogmengeschichte*, Mainz - Paderborn, 1900 sqq.

FRANKL (S.), *Flor.* = *Florilegium de « Vno ex beata trinitate »*, — "Collectanea Theologica" 15, 1934, p. 3 sqq.

FRANSEN (I.), *Collect.* = *Collectio Palatina* (Bark W.C., *John Maxentius*), — BALCL 3 (1939-1950), 1953, p. [155], n. 1128.

FRANSEN (I.), *Théod.* = *Théodore de Mopsueste* (Devreesse R., *Essai sur Théodore*), — BALCL 3 (1939-1950), 1953, p. [243], n. 1666.

GCS = *Die griechischen christlichen Schriftsteller der ersten (drei) Jahrhunderte*, Berlin - Leipzig, 1897 sqq.

GRILLMEIER (A.), *Chalked.* = *Vorbereitung des Mittelalters. Eine Studie über das Verhältnis von Chalkedonismus und Neu-Chalkedonismus in der lateinischen Theologie von Boethius bis zu Gregor dem Grossen*, — KC 2, 1953, p. 791-839 (praecipue p. 797-805).

GRUMEL (V.), *Léonce* = *Léonce de Byzance*, — DTC 9-I, 1926, col. 400 sqq.

GÜNTHER (O.), *Auell.* = *Collectio Auellana* ("Epistulae imperatorum, pontificum, aliorum, inde ab a. CCCLXVII usque ad a. DLIII datae. Auellana quae dicitur collectio"), recensuit, commentario critico instruxit, indices adiecit Otto GVENTHER, Pragae - Vindobonae - Lipsiae, 1895 et 1898 (= CSEL 35-1/II).

HAACKE (Rh.), *Chalk.* = *Die kaiserliche Politik in den Auseinandersetzungen um Chalkedon (451-553)*, — KC 2, 1953, p. 95-177 (praecipue p. 150).

HELMER (S.), *Neuchalk.* = *Der Neuchalkedonismus. Geschichte, Berechtigung und Bedeutung eines dogmengeschichtlichen Begriffes* (Inaugural-Dissertation zur Erlangung der Doktorwürde), Bonn, 1962, praecipue p. 122-127.

HJ = *Historisches Jahrbuch*, Münster - München, 1880 sqq.

HOR(M) = *S. Hormisdas papae epistolae et decreta* (ed. A. THIEL, p. 739-1006); uide : THIEL (A.), *Epist.*

HTR = *The Harvard Theological Review*, Cambridge (Mass.), 1908 sqq.

JTS = *The Journal of Theological Studies*, Oxford, 1899 sqq.

KC = *Das Konzil von Chalkedon. Geschichte und Gegenwart*, I-III, ed. A. GRILLMEIER - H. BACHT, Würzburg, 1951, 1953, 1954.

LOOFS (F.), *Leont.* = *Leontios von Byzanz und die gleichnamigen Schriftsteller der griechischen Kirche*, — TU 3-1/2, 1887, praecipue p. 228 sqq.

MOELLER (Ch.), *Chalc.* = *Le chalcédonisme et le néo-chalcédonisme en Orient de 451 à la fin du VI^e siècle*, — KC I, 1951, p. 637-720 (praecipue p. 648, 676-679, 699-700).

MORIN (G.), *Jean = Le témoignage perdu de Jean évêque de Tomi sur les hérésies de Nestorius et d'Eutychès*, — JTS 7, 1906, p. 74-77.

MSR = *Mélanges de science religieuse*, Lille, 1944 sqq.

NAUTIN (P.), *Orange 529*, — EPHE (1959-1960), 1960, p. 86-87 : xxii. *Histoire de l'ancienne église et patristique*.

NISTERS (B.), *Fulg.* = *Die Christologie des hl. Fulgentius von Ruspe*, — "Münsterische Beiträge zur Theologie" 16, 1930, passim.

PEETERS (P.), *Jacq.* = *Jacques de Saroug, appartient-il à la secte monophysite ?*, — AB 66, 1948, p. 134-198 (praecipue p. 165-173).

PG = *Patrologiae cursus completus. Series graeca*, I-CLXI, ed. J.P. MIGNE, Lutetiae Parisiorum, 1857-1886.

PL = *Patrologiae cursus completus. Series latina*, I-CCXXI, ed. J.P. MIGNE, Lutetiae Parisiorum, 1844-1865, 1879^s sqq.

PLS = *Patrologiae latinae supplementum*, I-V, accurate A. HAMMAN, Paris, 1958-1974.

PublSamml = SCHWARTZ (E.), *Publ. Samml.*

RB(én) = *Revue bénédictine*, Maredsous, 1884 sqq.

REB = *Revue des études byzantines*, Paris, 1946 sqq.

RHE = *Revue d'histoire ecclésiastique*, Louvain, 1900 sqq.

RICHARD (M.), *Floril.* = *Les florilèges diphysites du v^e et du vi^e siècle*, — KC 1, 1951 (= ID., *Op. min.* I, n. 3), p. 721-748 (praecipue p. 737).

RICHARD (M.), *Léonce Byz.* = *Léonce de Byzance était-il origéniste ?*, — REB 5, 1947 (= ID., *Op. min.* II, n. 57), p. 31-66.

RICHARD (M.), *Léonce Jérus.* = *Léonce de Jérusalem et Léonce de Byzance*, — MSR 1, 1944 (= ID., *Op. min.* III, n. 59), p. 35-88.

RICHARD (M.), *Néo-chalc.* = *Le Néo-chalcédonisme*, — MSR 3, 1946 (= ID., *Op. min.* II, n. 56), p. 156-161.

RICHARD (M.), *Op. min.* = *Opera minora* I-III, Turnhout - Leuven, 1976-1977.

RICHARD (M.), *Procl.* = *Proclus de Constantinople et le Théopaschisme*, — RHE 38, 1942 (= ID., *Op. min.* II, n. 52), p. 303-331.

RSR = *Recherches de science religieuse*, Paris, 1910 sqq.

RTAM = *Recherches de théologie ancienne et médiévale*, Louvain, 1929 sqq.

SChr = *Sources chrétiennes*, Paris, 1941 sqq.

SCHURR (V.), *Trinit.* = *Die Trinitätslehre des Boethius im Lichte der » skytischen Kontroversen »*, — *FCLD* 18-1, 1935, p. 129-197.

SCHWARTZ (E.), *Collect.* = *De collectionis (Palatinae) inuentione ac tempore*, — *ACO* I, v-1, 1924-1926, Praefatio, III, p. VIII-IX.

SCHWARTZ (E.), *Gegenanath.* = *Die sogenannten Gegenanathematismen des Nestorius*, — "Sitzungsberichte der Bayerischen Akademie der Wissenschaften. Phil.-hist. Abt. 1922-1", München, 1922.

SCHWARTZ (E.), *Maxent.* = *De Iohannis Maxentii libellorum collectione*, — *ACO* IV, II, 1914, Praefatio, 3, p. XIII.

SCHWARTZ (E.), *Publ. Samml.* = *Publizistische Sammlungen zum Acacianischen Schisma*, — *AAM*, Neue Folge, Heft 10, 1934.

SCHWARTZ (E.), *Scyth.* = *De monachis scythicis*, — *ACO* IV, II, 1914, Praefatio, 2, p. v-XII.

SE = *Sacris Erudiri. Jaarboek voor Godsdienstwetenschappen*, Steenbrugge, 1948 sqq.

SIEGMUND (A.), *Überlief.* = *Die Überlieferung der griechischen christlichen Literatur in der lateinischen Kirche bis zum zwölften Jahrhundert*, — "Abhandlungen der Bayerischen Benediktiner-Akademie", 5, 1949, praecipue p. 101.

ST = *Studi e Testi*, Città del Vaticano, 1900 sqq.

THIEL (A.), *Epist.* = *Epistolae romanorum pontificum genuinae et quae ad eos scriptae sunt, a s. Hilario usque ad Pelagium II. 1. A s. Hilario usque ad s. Hormisdam, ann. 461-523*, Brunsbergae, 1868, praecipue p. 869 not. 3-4, p. 876 not. 6, p. 894-895 not. 4, p. 922 not. 7-8.

TLL = *Thesaurus Linguae Latinae*, Lipsiae, 1900 sqq.

TLZ = *Theologische Literaturzeitung*, Berlin, 1875 sqq.

TQ = *Theologische Quartalschrift*, Tübingen - Stuttgart, 1819 sqq.

Traditio = *Traditio. Studies in Ancient and Medieval History, Thought and Religion*, New York, 1943 sqq

TU = *Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altkirchlichen Literatur*, Leipzig - Berlin, 1882 sqq.

xxii BIBLIOGRAPHIA SELECTA ET SIGLA

VASILIEV (A.A.), *Justin = Justin the First*, Cambridge (Mass.), 1950, passim.

PROLEGOMENA

Historia Maxentii aliorumque Scytharum monachorum necnon Ioannis Tomitanae urbis episcopi ac eorum scriptorum saepe iam necnon nostris diebus fuse expedita est. Sufficit reuocare ad bibliographiam selectam supra allatam ⁽¹⁾.

Praeter ea, quae hic denuo edimus, *opuscula* ⁽²⁾, "fortasse nonnulli *sermones* «ps.-Chrysostomi» et ipsi nostrum Ioannem (Tomitanae urbis episcopum) habent auctorem" ⁽³⁾.

Ad Ioannem et Leontium epistulam direxit Dionisius exiguus una cum translatione latina duarum quam fecit Cyrilli Alexandrini epistularum; hanc etiam Dionisii epistulam dudum denuo edidimus ⁽⁴⁾.

Ad Ioannem et Venerium epistulam Fulgentius aliique episcopi scripserunt ⁽⁵⁾. Eisdem quoque libros suos III *De ueritate praedestinationis et gratiae* transmisit Fulgentius ⁽⁶⁾. — Hi Ioannes et Venerius utrum monachi Scythae sint, erronee, nostro sensu, dubium habetur ⁽⁷⁾.

Contra Ioannem Scytham monachum epistulam ad Faustum senatorem direxit Trifolius presbyter; eam etiam denuo edimus ⁽⁸⁾.

«*Capitula sancti Augustini*» uero a monachis Scythis omnino abiudicanda esse arbitramur ⁽⁹⁾.



Obiter colligere uolumus testimonia, quae negotium Scytharum monachorum illustrant ⁽¹⁰⁾.

(1) Cf. *Bibliographia selecta*, supra, p. xvii-xxi.

(2) Cf. *Conspectus opusculorum*, supra, p. vii.

(3) Dekkers, *CPL*, n. 665^o.

(4) DION. EXIG., *Praef. 5* (CC 85, p. 55-56).

(5) FVLG. c.a., *Rescr. ad Ioan. et Vener.* = FVLG. c.a., *Epist. 15* (CC 91A, p. 447-457).

(6) FVLG., *De uerit. praedest. et grat.* (CC 91A, p. 458-548).

(7) Cf. Amann, *Sémi-Pélag.*, col. 1840.

(8) TRIFOL., *Epist. ad b. Faust. senat.* (CC 85, p. 137-141).

(9) Cf. infra, p. 243 sqq.

(10) Cf. *Documenta et testimonia*, supra, p. viii-xvi.

ex.I.519 Circa finem mensis 1.519, Hormisdas papa per suos legatos Iustino Augusto litteras direxit ⁽¹¹⁾, 'illius ante imperium merita recensens; eum a deo electum praedicans ut pacem reddat ecclesiae; addens, frustra eos iactitare, Chalcedonensis synodi constituta sibi probari, qui ab eorum sequacibus nolunt recedere, quos illic damnatos sciunt; rememorans quam gloriosum ei fuerit, ecclesiam ad unitatem reuocasse, et indicans se propterea Germanum et Ioannem episcopos, Blandum presbyterum et Felicem diaconum legatos destinasse' ⁽¹²⁾.

Horm.50
Anell.149

ante
25.III.519 Sed iam 'antequam (die 25.III.519) legati Constantinopolim ingrederentur' ⁽¹³⁾, Scythae monachi 'Victorem diaconum Constantinopolitanum uehementer accusabant' haereticum ⁽¹⁴⁾, et "cum eo habuerunt intentionem de 'uno de trinitate crucifixo' et de 'Christo composito' et de aliis capitulis" ⁽¹⁵⁾.

Horm.98
Anell.224

Referri uidetur ad CAPITVLA XII Maxentii ⁽¹⁶⁾, in quorum quarto agitur de 'uno de trinitate crucifixo', in nono uero de 'Christo composito', et in secundo de 'Maria dei genetrice' ⁽¹⁷⁾.

25.III.519 Postquam itaque (die 25.III.519) Constantinopolim aduenerunt legati, et antequam (die 29.VI.519) Dioscorus legatus Hormisdas papae nuntiauit Scythas "monachos ... Romam festinare, sperantes aliquanta capitula confirmari, in quibus est, inter cetera, ubi uolunt dicere 'unum de trinitate crucifixum' " ⁽¹⁸⁾, Germanus et Ioannes episcopi, Felix et Dioscorus diaconi, et Blandus presbyter, legati apostolicae sedis, intentionis inter Victorem diaconum et Scythas monachos causam sibi uindicauerunt: "Nobis hic positus, obtulerunt (monachi) contra ipsum (Victorem) libellum tam nobis quam episcopo Constantinopolitano" ⁽¹⁹⁾.

Horm.75
Anell.216

Horm.98
Anell.224

Est ille LIBELLVS FIDEI OBLATVS LEGATIS APOSTOLICAE SEDIS ⁽²⁰⁾.

(11) HORM. PAPA, *Epist. ad Iustin.* ex.I.519 = HORM., *Epist.* 50 (p. 840-843) = *Epist.* 149AVELL. (p. 194-198).

(12) Thiel, *Epist.*, p. 840.

(13) DIOSC. DIAC., *Suggestio ad Horm.* die 15.X.519 = [HORM.], *Epist.* 98, 2 (p. 894) = *Epist.* 224AVELL., 3 (p. 685, 14/15).

(14) HORM. PAPA, *Epist. ad Iustinian.* die 2.IX.519 = HORM., *Epist.* 91 (p. 888) = *Epist.* 189AVELL., 3 (p. 647, 6); — cf. DIOSC. DIAC., *Suggestio ad Horm.* die 15.X.519 = [HORM.], *Epist.* 98, 2 (p. 894) = *Epist.* 224AVELL., 2 (p. 685, 11/14).

(15) DIOSC. DIAC., *ep.c.* = [HORM.], *Epist.* 98, 2 (p. 894) = *Epist.* 224AVELL., 3 (p. 685, 15/16).

(16) MAXENT., *Capit.* (infra, p. 29-30).

(17) Cf. Thiel, *Epist.*, p. 894-895, not. 4; — Denzinger, *Enchir.*, p. 138-139 (monitum ad Ioan. II).

(18) DIOSC. DIAC., *Suggestio ad Horm.* die 29.VI.519 (30.V.519 iuxta Thiel, p. 868; cf. p. 871, not. 8) = [HORM.], *Epist.* 75, 2 (p. 869) = *Epist.* 216AVELL., 6 (p. 675, 26-676, 1).

(19) DIOSC. DIAC., *Suggestio ad Horm.* die 15.X.519 = [HORM.], *Epist.* 98, 2 (p. 894-895) = *Epist.* 224AVELL., 3 (p. 685, 16/18).

(20) MAXENT., *Libell. fid.*, tit. (infra, p. 5).

VI.519 Sic narrat Dioscorus quae ibi (fortasse mense VI.519) acta sunt : "Conuenim us in domum episcopi, ut inter eos intentionem, quae uertebatur, agnoscere mus. Praedictus episcopus synodum Chalcedonensem protulit ; legit ante omnes omnia, quae sunt in eodem concilio constituta, dicens : '*Praeter ista nihil mihi aliud dicatur ; qui sequitur ista, potest inter catholicos esse*'. Praedictus Victor respondit '*Suscipio similiter et epistulas papae Leonis et sancti Cyrilli epistulas synodales, quae sunt in Chalcedonensi concilio allegatae ; et manu subscribo, et sacramentis confirmo ista me suscipere et praeter ista nihil aliud praedicare ; et si inuentus fuero aliquando extra ista aliud praedicans, nullam circa me peto misericordiam*'. Scythae econtra inchoauerunt dicere : '*Addatur et « unus de trinitate »*'. Nos econtra diximus : '*Quod non est in quattuor conciliis definitum nec in epistulis beati papae Leonis, nos nec dicere possumus nec addere*'. Displicuit hoc dictum. Victor tamen utrum sincero animo haec diceret an doloso, quis nosse potest, nisi qui corda cognoscit ? Verba ista nos audiuiimus ; dei est animum iudicare" (21).

Horm. 98
Anall. 224

Legati 'accipere noluerunt libellum' monachorum (22). Vitalianus uero partes monachorum suscepit, legatosque de controuersia sum-mouit ; perguit enim narrare Dioscorus : "Postea, sine nobis, magnificus uir Vitalianus magister militum inter se et episcopum Constantinopolitanum uocauerunt praedictum Victorem ; locuti sunt cum eo ; quid definierunt inter se, nescimus. Postea nec Victor ad nos uenit, nec est causa dicta" (23).

Horm. 98
Anall. 219

Interea Hormisdas papa de legatorum gestis certior fieri cupiebat, ut patet ex epistulis ad eos directis (die 25 et 29.IV.519) (24) necnon et Iustino et Iustiniano et Vitaliano Hormisdas (eodem die 29.IV.519) per Paulinum litteras misit (25).

Horm. 72,
73, 74
Anall. 219,
220, 221
Horm. {xxx}

Circa finem mensis VI.519 Iustinianus et Vitalianus monachos papae commendans, responsum dederunt Hormisdas papae (26) per Pauli-

Horm. {xxxi}

(21) DIOSC. DIAC., *Suggestio ad Horm.* die 15.X.519 = [HORM.], *Epist.* 98, 2 (p. 895) = *Epist.* 224^{AVELL.}, 3-5 (p. 685, 18-686, 8).

(22) MAXENT., *Libell. fid.*, tit. (infra, p. 5).

(23) DIOSC. DIAC., *Suggestio ad Horm.* die 15.X.519 = [HORM.], *Epist.* 98, 2 (p. 895) = *Epist.* 224^{AVELL.}, 6 (p. 686, 8/12).

(24) HORM. PAPA, *Epist. ad German. et socios* die 25.IV.519 = HORM., *Epist.* 72 (p. 866-867) = *Epist.* 219^{AVELL.} (p. 680-681) ; — HORM. PAPA, *Epistulae ad eosdem* die 29.IV.519 = HORM., *Epist.* 73 et 74 (p. 867 ; p. 868) = *Epist.* 220^{AVELL.} et 221^{AVELL.} (p. 681 ; p. 681-682).

(25) HORM. PAPA, *Epist. ad Iustin., Iustinian. et Vitalian.* die 29.IV.519 = HORM., *Epist.* xx deperdita (p. 999-1000).

(26) IVSTINIAN., *Exhort. ad Horm.* ex.VI.519 = [HORM.], *Epist.* xxi deperdita (p. 1000) ; — ad quam litteram refert ipse IVSTINIAN., *Epist. ad Horm.* in.VII.519 = [HORM.], *Epist.* 89 (p. 885-886) = *Epist.* 191^{AVELL.}, 1 (p. 648, 14/19) : "Vnde ad beatitudinem uestram ... nos per eundem significare curauimus, illa debere beatitudinem uestram perficere, quae pacem et concordiam sanctis concedant ecclesiis".

num defensorem ecclesiae Romanae, qui una cum monachis Constantinopoli discesserit ⁽²⁷⁾.

29.VI.519 Dioscorus uero legatus, per Eulogium (die 29.VI.519), Hormisdas non solum haec nuntiat: "Gaudemus de unitate Constantinopolitanae ecclesiae, quae facta est cum sede apostolica" ⁽²⁸⁾, sed et ea quae, ut supra uidimus, (25.III.519 inter et 29.VI.519) cum Scythis monachis gesta essent: "Insidiator antiquus suscitauit monachos de Scythia, qui de domo magistri militum Vitaliani sunt, omnium Christianorum uotis aduersarios, quorum inquietudo non paruas moras generauit unitati ecclesiarum ... Isti monachi, inter quos est Leontius, qui se dicit esse parentem magistri militum, Romam festinant, sperantes aliquanta capitula a beatitudine uestra confirmari. Est in ipsis, inter cetera, ubi uolunt dicere 'unum de trinitate crucifixum' ⁽²⁹⁾, quod est nec in sanctis synodis dictum, nec in epistulis sancti papae Leonis, nec in consuetudine ecclesiastica. Quod si permittitur fieri, mihi uidetur dissensiones aut scandala non mediocria nasci inter ecclesias. Istud Anastasius imperator magnopere catholicis imponere festinauit, istud et Eutychetis discipuli in synodo Chalcedonensi proposuerunt. Quia, quotiescumque patres de dei filio d. n. I. C. disputauerunt, filium dei uerbum, consubstantiali patri, homousion patri dixerunt; iste autem sermo ideo numquam est in synodis a patribus introductus, quia procul dubio catholicae fidei minime poterat conuenire. Cuius sermonis si subtiliter attendatur intentio, ad quantas haereses pateat, et quae mala per eum possint disputationibus ecclesiasticis introduci, quoniam longum est, praesentes insinuare poterimus. Vnde sanum mihi uidetur et utile et ad pacem ecclesiarum conueniens, nihil aliud responsum dare, nisi: 'Sufficit sanctum Chalcedonense concilium, in quo et aliae synodi continentur; sufficiunt epistolae papae Leonis, quas synodus confirmauit; nouitatem in ecclesiam introducere nec uolumus nec debemus' ⁽³⁰⁾. Est in propositione eorum callida et haec dicere: 'Nos synodum Chalcedonensem suscepimus; hoc speramus, ut iubeatis nobis eam exponere, quia non sufficit sic, quomodo est exposita, contra haeresim Nestorianam' ⁽³¹⁾: non quasi non intellegentes, nisi conantes per subtilitatem ad hoc nos adducere, ut disputetur de

Horm.75
Anall.216

(27) Cf. Schwartz, *Scyth.*, p. VIII: "Cum neque Dioscorus neque monachi de sententia cederent et se inuicem haereticarum opinionum accusarent, illi Romam proficisci constituerunt suamque sententiam papae approbandam proponere. Dubitari nequit quin Vitalianus huius consilii auctor fuerit, ut per monachos illos antiqua consiliorum cum sede apostolica societas restitueretur, quam Dioscorus imprudenti et uano zelo abreptus turbasse uidebatur."

(28) DIOSC. DIAC., *Suggestio ad Horm.* die 29.VI.519 (30.V.519 iuxta Thiel, p. 868; cf. p. 871 not. 8) = [HORM.], *Epist.* 75, 1 (p. 868) = *Epist.* 216^{AVELL.}, 2 (p. 675, 4/6).

(29) Cf. TRIFOL., *Epist. ad b. Faust. senat.*, 1 (CC 85, p. 137, 1/3).

(30) Cf. TRIFOL., *ep.c.*, 2 (CC 85, p. 137-138, 6/16).

(31) Cf. DIOSC. DIAC., *Suggestio ad Horm.* die 15.X.519 = [HORM.], *Epist.* 98, 3 (p. 895) = *Epist.* 224^{AVELL.}, 7 (p. 686, 14/15); cf. infra, p. xxxi adnot. 53.

synodo Chalcedonensi. Quod si factum fuerit, dubia et infirma ostenditur, et haeticorum omnium patuit errori. Inter alia si post synodum Chalcedonensem, si post epistulas papae Leonis, si post libellos quos dederunt et dant episcopi et per ipsos satisfecerunt sedi apostolicae, iterum aliquid *nouum* addatur, sic mihi uidetur : quia quidquid factum est destruitur" (32).

Sed non solum cum Victore diacono, etiam cum Paterno episcopo Tomorum, Vitaliani ut uidetur inimico, controuersiam habuerunt Scythae monachi ; sed Iustinus imperator illum cum Paterno in gratiam reduxit.

29.VI.519 De quibus omnibus certiores nos faciunt legati apostolicae sedis, litteris (eodem die 29.VI.519) Hormisdæ papae directis : "Stat nobiscum cum dei adiutorio, quidquid in Constantinopolitana ecclesia est ordinatum ; non titubant gaudia spiritalia, quae celebrauerunt et celebrant catholici. Causa Antiochenae ecclesiae ordinationis non nobis solos labores fecit sed grandes tribulationes, quia homines, festinantes impedimentum facere generali unitati, diuersis modis diuersa impedimenta fecerunt. Nostra erat propositio de his, qui se suspenderant de anathemate, in praedicta ecclesia ordinare sacerdotem : non posuerunt ante oculos suos futurum iudicium, palam dicentes : '*Omnes, qui sedi apostolicae communicabant, Nestoriani sunt*'" (33), et magis 'illis non debere credere, qui modo uidentur ad communionem sedis apostolicae reuocati'. ... Harum tamen tribulationum prouisores et socii, et unitatis ecclesiarum impedimenta, monachi de Scythia fuerunt, qui, posteaquam hic defecerunt, assignati ab omnibus nihil pacificum cogitare, ad beatitudinem uestram currerunt, sperantes subripere et per litteras uestrae sedis intentiones confirmare. Isti de sua provincia episcopos accusant, inter quos est Paternus Tomitanae ciuitatis antistes. Petitiones obtulerunt, et, coacti piissimi principis et domni Vitaliani magistri militum iussione, frequenter ad audientiam causae conuenimus, non quasi uolentes in his negotiis nos occupare, ... sed, sperantes posse intentiones eorum pacari, ad hoc descendimus. Et quia nobis diu laborantibus et illis nullam suscipientibus rationem, nihil proficiebat, in quo tendebamus, clementissimus imperator in conuentu publico, ubi et nos interesse iussit, Paternum praedictum episcopum et magnificum uirum Vitalianum reduxit ad gratiam ; accusatores quoque eius suo praecepit episcopo supplicare. Monachi uero, cum similiter ad concordiam quae- rerentur, fuga lapsi maluerunt de ciuitate discedere quam ad concor-

*Horm. 76
Anall. 217*

(32) DIOSC. DIAC., *Suggestio ad Horm.* die 29.VI.519 (30.V.519 iuxta Thiel, p. 868 ; cf. p. 871 not. 8) = [HORM.], *Epist.* 75, 2-3 (p. 869-871) = *Epist.* 216^{AVELL.}, 5-10 (p. 675, 21 - 676, 31).

(33) Cf. DIOSC. DIAC., *Suggestio ad Horm.* die 15.X.519 = [HORM.], *Epist.* 98, 3 (p. 895) = *Epist.* 224^{AVELL.}, 7 (p. 686, 13/14) ; cf. infra, p. xxxi adnot. 53.

diam peruenire. Magnopere praedicti monachi ad Italiam uenientes, aliquanta *capitula* proponere habent, inter quae et ‘*unum de trinitate crucifixum*’ continetur, sperantes ita confirmari ex auctoritate beatitudinis uestrae. Sicut et in aliis litteris significauimus, et modo hoc dicimus, ut nulla *novitas* a sede apostolica scribatur, quia et nos ante imperatorem et ante senatum haec indicauimus, dicentes : ‘*Extra synodos quattuor, extra epistulas papae Leonis, nec dicimus nec admittimus ; quidquid non continetur in praedictis synodis aut quod non est scriptum a papa Leone, non suscipimus* : quia si uoluerit dominus noster qualemuis *novitatem* scribere, peius erit istud initium quam illud, quod factum est per Eutychetem. Sufficere debet ecclesiae, quod per sexaginta annos ab Eutychete usque modo sustinuit’. Nobis quod uisum est scripsimus, in uestra potestate est deliberare quod uobis deus imperauerit ; quoniam haec illi nituntur asserere, eo modo sibi satisfacere cupientes, ut ita profiteamur et dicamus ‘*unum de trinitate passum esse*’, quod nec patres nec synodi dixerunt. Ista ideo per singula exposuimus : ne illorum subtilitas gloriatur in nostra simplicitate propter istas *nouas* suas intentiones. Vitaliano magnifico uiro subriperunt, et talia uindicare et pro talibus rebus contra nos quaecumque potuit impedimenta afferre ; cuius immutationem omnis nobiscum deflet ecclesia. Quapropter rogamus, ut consueta cautela et qua solet, dominus noster uigilantia cogitetis : et quomodo suscipiendi sint qui a nobis taliter recesserunt et a nostra fuerunt communione seiuncti, et quid eis respondeatur, uel quomodo eorum *capitula* repellantur, quia eos omnes Constantinopolitana catholica exhorret ecclesia” (34).

ex.VI.519 Iustinianus (exeunte mense VI.519) per Paulinum, qui Vitaliani epistulam commendatariam deferabat (35), papae significandum curauit “illa debere eum perficere, quae pacem et concordiam sanctis concedant ecclesiis” (36), hoc est : aperte contra Vitalianum agere ausus non est.

Horm.[xxxi]

Horm.89
Anall.191

29.VI.519 Nunc uero, per Eulogium (eodem die 29.VI.519), sine dubio Dioscori consilium secutus, Hormisdas papae confirmat : “Quoniam comperimus quosdam nomine monachos, quibus magis discordia in studio est quam caritas et pax dei, cupientes quaedam perturbare, ad angelum uestrum hinc descendentes iter arripuisse, quos beatitudo uestra praesentibus scriptis causam liuoris eorum cognoscens, ita ut merentur suscipere et a se longe pellere dignetur ; quoniam uaniloquia

Horm.78
Anall.187

(34) LEGATI APOST. SEDIS, *Epist. ad Horm.* die 29.VI.519 = [HORM.], *Epist.* 76, 1-5 (p. 871-873) = *Epist.* 217^{AVELL.}, 1-12 (p. 677, 10-679, 17).

(35) IUSTINIAN., *Exhort. ad Horm.* ex.VI.519 = [HORM.], *Epist.* xxi deperdita (p. 1000).

(36) IUSTINIAN., *Epist. ad Horm.* in.VII.519 = [HORM.], *Epist.* 89 (p. 886) = *Epist.* 191^{AVELL.}, 1 (p. 648, 17/19).

ipsorum festinantium *nouitates* introducere in ecclesia, quod neque quattuor synodi uenerabiles neque sancti Leonis papae epistolae continere noscuntur, in omni loco turbas excitare uidentur. Quam etiam ob rem ... ipsos digna correctione percussos, ut superius dictum est, pellere iubeat ... Sunt autem nomina eorum Achilles, Ioannes, Leontius et Mauritius ⁽³⁷⁾. Haec nostra est maxima sollicitudinis causa, ne unitas ... per inquietos homines dissipetur" ⁽³⁸⁾.

in.VII.519 Sed aperte Vitaliano, uiro tunc potentissimo, aduersari, ipsis imperatori Iustino et magistro militum Iustiniano tam periculosum esse uisum est, ut Iustinianus, dum timebat ne, si Hormisdas papa litteras, per Eulogium missas die 29.VI.519 ⁽³⁹⁾, ante reciperet, secus quam uellet cum illis ageretur, Scytharum monachorum causam citius expediri nunc expetit, subiungens: "Nam quanta quaestio in partibus nostris orta est, potest etiam antefatus uir religiosus (sc. Paulinus) defensor sanctitatem uestram instruere. Vnde petimus ut, si est possibile, celerrimo dato responso et satisfactis religiosis monachis, Ioannem et Leontium ad nos remittatis. Nisi enim precibus et diligentia uestra ista quaestio soluta fuerit, ueremur ne non possit pax sanctorum ecclesiarum prouenire. Ergo cognoscentes quia et merces et periculum istius rei uobis seruatur, diligenter tractate et firmissimum responsum per antefatos religiosos monachos, si est possibile antequam legatus noster ad beatitudinem uestram perueniat, nobis remittite; in hoc enim solo omnis pendet intentio" ⁽⁴⁰⁾.

Horm.89
Ann.1.191

interos
ex.VII.519 Interea Paulinus et ipsi Scythae monachi Romam aduenerunt mense VII siue VIII ineunte.

mod.
in.VII.519 Hormisdas non minus uarie cum monachis egit quam epistolae a Constantinopoli ad eum missae diuersa suaserunt uel rogarunt. Scythas monachos primo optime recepit; eorum *libellus fidei*, "quem legati apostolicae sedis Constantinopolim accipere noluerunt, susceptus est Romae a beato papa Hormisda, et, in conuentu episcoporum siue totius ecclesiae necnon etiam omnium senatorum lectus, catholicus est per omnia approbatus" ⁽⁴¹⁾.

ex.VII.519
nusque
mod.VII.520 Hormisdas "per quattuordecim paene menses, quamdiu monachos

(37) Cf. supra, p. XIV adnot. 47.

(38) IUSTINIAN., *Epist. ad Horm.* die 29.VI.519 = [HORM.], *Epist. 78*, 1 (p. 875-876) = *Epist. 187* AVELL., 2-4 (p. 644, 9-645, 3).

(39) IUSTINIAN., *ep.c.* = HORM., *Epist. 78* (p. 875-877) = *Epist. 187* AVELL. (p. 644-645).

(40) IUSTINIAN., *Epist. ad Horm.* in.VII.519 = [HORM.], *Epist. 89* (p. 886) = *Epist. 191* AVELL., 2-4 (p. 648, 21-649, 5).

(41) MAXENT., *Libell. fid.*, tit. (infra, p. 5). — Sed cf. MAXENT., *Adu. epist. Horm.*, Resp. I, 9, (XXXV) (infra, p. 139, 491/492).

detinuit, sibi communicare permisit" (42); et "ut se a prauitate proprii legati (Dioscori nempe) purificaret, ... Romanum, uirum gloriosissimum magistrum militum, deprecatus est, quatenus sua uerba piissimum imperatori insinuaret, quae fuere huiusmodi: 'Nisi Christum filium dei, qui pro nobis passus est carne, unum esse ex sancta et indiuidua trinitate fuerit confessus Dioscorus, pelago demergatur' " (43).

Ad Iustiniani epistulam (ineuntis mensis VII.519), ut monachos ad se remittat precantis (44), Hormisdas papa (die 2.IX.519) respondit, Scythas monachos usque ad legatorum aduentum Romae necessario manere significans: "Monachos, quos uenisse Romam significastis litteris uestris, ad propria mox uoluimus reuerti. Sed quia sub testificatione potentiae diuinae dicebant per insidias in itinere paratas uitae sese sustinere posse discrimen, nolentes redire Constantinopolim, passi non sumus uiolenter expelli. Quapropter necesse habebimus uenientibus legatis nostris inquirere, qua reuera faciente causa inter eos fuerit commota discordia" (45).

Horm.90
Anall.190

Et tacite notans inconstantiam Iustiniani, ad eiusdem epistulam (diei 29.VI.519) (46) respondit, et cur monachos non dimittat rationem reddit: "Eulogio uiro clarissimo filio nostro deferente litteras celsitudinis uestrae suscepimus, eoque remeante ... significamus, Scythas monachos allegasse plurima, quae nos relinquere indiscussa non possumus: sed legatorum nostrorum deo iuuante sustinemus aduentum; pro qua re eos in urbe credimus retinendos, a qua nec ipsi ordinatione dissentiunt. Amplitudinem tamen uestram retinere confidimus, quod de ipsis nobis praeterito tempore litteris destinatis (47) scripserit. In quorum allegationibus, cum legatis remeantibus competenter fuerimus instructi, si quid reprehensione dignum cognitio nostra reppererit, necesse est ut circa eos teneamus ecclesiasticam disciplinam. Victorem praeterea, qui diaconis habere perhibetur officium, cuius fidem hi ipsi monachi uehementer accusant, uel alios, qui peruersas forsitan obiciunt quaestiones, ordinatione domni filii nostri clementissimi imperatoris, ad urbem, uobis suggerentibus,

Horm.91
Anall.189

(42) MAXENT., *Adu. epist. Horm.*, Resp., I, 6, (xx) (infra, p. 132, 270/272). — Cf. HORM. PAPA, *Epist. ad Possess.* die 13.VIII.520 = HORM., *Epist.* 124, 2 (p. 927) = *Epist.* 231 AVELL., 6 (p. 697, 20/21) = MAXENT., *Adu. epist. Horm.*, Epist., I, 6 (infra, p. 116, 29) = MAXENT., *Adu. epist. Horm.*, Resp., I, 6, (xxvii) (infra, p. 130, 220).

(43) MAXENT., *Adu. epist. Horm.*, Resp., I, 6, (xx) (infra, p. 132, 273/279).

(44) IUSTINIAN., *Epist. ad Horm.* in.VII.519 = [HORM.], *Epist.* 89 (p. 885-886) = *Epist.* 191 AVELL. (p. 648-649).

(45) HORM. PAPA, *Epist. ad Iustinian.* die 2.IX.519 = HORM., *Epist.* 90, 2 (p. 887) = *Epist.* 190 AVELL., 3 (p. 647, 22-648, 3).

(46) IUSTINIAN., *Epist. ad Horm.* die 29.VI.519 = [HORM.], *Epist.* 78 (p. 875-877) = *Epist.* 187 AVELL. (p. 644-645).

(47) IUSTINIAN., *ibid.*

dirigantur, ut uniuersas allegationes, de quibus contendunt, nos possimus agnoscere" (48).

Hormisdas ergo, postquam rem intricatam esse perspexit, praesertim cum concordia inter Vitalianum et Iustinianum concussa esse uideretur, primo monachos remittere totamque inter eos et Dioscorum controuersiam iudicio episcopi Constantinopolitani relinquere uoluit; at monachi, qui, propter benignam susceptionem publicamque approbationem, a papa omnia sperabant, uaria uero et incerta Iustiniani consilia suspecta habebant, papam obsecrauerunt ne eos Constantinopolim redire cogeret: se timere insidias in itinere paratas; hac de causa ergo ille monachos retinere constituit, dum ipsius legati rediissent, et ut Victor diaconus, quem monachi accusare pergebant, Romam mitteretur postulauit (49).

2.IX.519 Etiam per Eulogium, eodem die (2.IX.519), Dioscoro legato litteras direxit Hormisdas eadem significans (50). Horm.[xxix]
Amell.224

15.X.519 Quibus acceptis litteris (die 15.X.519), per Eulogium Dioscorus re-scripsit Hormisdas: "Litteras beatitudinis uestrae suscepimus, in quibus significastis intentionem monachorum Scytharum, et quomodo uisum fuerit apostolatu uestro, episcopo Constantinopolitano causam delegare, ut ipse inter eos et qui ab eis impetuntur audiret. Mihi quidem non displicuerat, quia ubi conscientia cum dei adiutorio nulla formidine terretur, a nullo debet declinare, immo magis festinare, ut per examen quod uerum est omnibus manifestetur. Significastis mihi ab illis contestationem datam, 'ut non mihi haeretici iungerentur'. Quos dicunt haeticos ego ignoro nisi illos forte, qui synodum Chalcedonensem suscipiunt, quos ego catholicos dico. Victor diaconus dicitur. Quidam cum isto, antequam nos Constantinopolim ingrederemur, habuerunt intentionem" (51). Et, post narrationem factorum in domo episcopi Constantinopolitani (52), sic pergit: "Isti tamen Scythae, sciat beatitudo uestra, quia 'omnes, accipientes synodum Chalcedonensem, Nestorianos' dicunt, dicentes: 'Non sufficit synodus, contra Nestorium' (53), et 'sic debere synodum suscipere, quomodo ipsi exposuerint'. Qui homines quales sunt, aut quales intentio-

Horm.98
Amell.224

(48) HORM. PAPA, *Epist. ad Iustinian.* die 2.IX.519 = HORM., *Epist.* 91 (p. 887-888) = *Epist.* 189^{AVELL.}, 1-3 (p. 646, 23-647, 10).

(49) Cf. HORM. PAPA, *Epist. ad Iustinian.* die 2.IX.519 = HORM., *Epist.* 90, 2 (p. 887) = *Epist.* 190^{AVELL.}, 3 (p. 647, 22-648, 3): u. supra, p. xxx adnot. 45; — HORM. PAPA, *Epist. ad Iustinian.* die 2.IX.519 = HORM., *Epist.* 91 (p. 887-888) = *Epist.* 189^{AVELL.}, 1-3 (p. 646, 23-647, 10): u. supra, p. xxxi adnot. 48.

(50) HORM. PAPA, *Epist. ad Diosc.* die 2.IX.519 = HORM., *Epist.* xxiv deperdita (p. 1001).

(51) DIOSC. DIAC., *Suggestio ad Horm.* die 15.X.519 = [HORM.], *Epist.* 98, 1-2 (p. 894) = *Epist.* 224^{AVELL.}, 1-3 (p. 685, 3/15).

(52) Cf. supra, p. xxv adnot. 21 et 23.

(53) Cf. supra, p. xxvi-xxvii adnot. 33 et 31.

nes habent, et quid uolunt in fide catholica introducere, cum dei adiutorio manifestatum est omnibus catholicis, nec indiget causa meo labore, quam deus pro sua misericordia produxit ad lucem ... Maxentius tamen, quod sub abbatis uocabulo dixit se congregationem habere, si interrogetur aut cum quibus monachis uixit aut in quo monasterio aut sub quo abbate monachus factus est, dicere non potest. Similiter et si de Achille dicere uoluero, rem facio superuacuum; cui hoc sufficit: semper latere propter conscientiam suam ab omnibus catholicis damnatam''⁽⁵⁴⁾.

- 15.X.519 Eodem die (15.X.519), Hormisdas papae litteris responsoriis (diei 2.IX.519) nondum acceptis ut uidetur, Iustinianus ad Hormisdam papam "iterum Eulogium uirum strenuum agentem in rebus iuxta alias causas etiam hacpropter direxit: per quem ualde petit, ut per omnia responso apostolatus papae circuminspecto et cautissimo in confessione catholicae fidei confirmetur"; et Hormisdam rogat: "Post semel enim diuina misericordia donatam catholicae ecclesiae unitatem, quidam asserunt 'Christum filium dei dominum nostrum pro nostra salute *carne crucifixum, unum de trinitate* debere praedicari'; quod si suscipiendum sit, paterna prouisione reuerentia uestra cautissimo suo rescripto quid sequi quidue super hoc euitare debeamus nos certiorare dignetur, quoniam uerba uidentur facere dissensionem ... Quia uero dictum est Scythas monachos hac ratione ad sedem uestram accessisse, pro traditione patrum et ordine regularum praebito eis responso nihil formidantes ad nos cum litteris uestris iubete remittere, quarum etiam exemplaria consignata praedicto uiro strenuo Eulogio dari praecipite''⁽⁵⁵⁾.

*Horm.99
Annl.188*

Illas Iustiniani litteras accepit Hormisdas die 17.XI.519, quae uero iam propriis suis litteris diei 2.IX.519 anticipatae fuerunt.

- 3.XII.519 Die 3.XII.519, per Paulinum, Hormisdas legatis suis scripsit: "De personis Scytharum monachorum uir illustris Iustinianus nobis scripsit, quarum exemplaria litterarum fraternitati uestrae direximus. Qui, cum nollent sustinere uestrae dilectionis aduentum et obseruationum moras se dicere non posse, tentauerunt clam de urbe discedere; quos tamen nos fecimus sollicitius custodiri, ea, quae de uobis contraria dixerunt, uolentes agnoscere, ut, cum reuersi deo propitio fueritis, eorum error rationabilibus adhortationibus corrigatur''⁽⁵⁶⁾.

*Horm.103
Annl.227*

(54) DIOSC. DIAC., *Suggestio ad Horm.* die 15.X.519 = [HORM.], *Epist.* 98, 3.4 (p. 895; p. 896) = *Epist.* 224^{AVELL.}, 7.11 (p. 686, 12/20; p. 687, 19/25).

(55) IUSTINIAN., *Epist. ad Horm.* die 15.X.519 = [HORM.], *Epist.* 99 (p. 897) = *Epist.* 188^{AVELL.}, 1-2.4 (p. 645, 21-646, 6; p. 646, 12/17); — cf. *infra*, p. xxxiii adnot. 57.

(56) HORM. PAPA, *Epist. ad legatos* die 3.XII.519 = HORM., *Epist.* 103, 3 (p. 904) = *Epist.* 227^{AVELL.}, 6 (p. 693, 11/19).

interea Interea Faustus senator Trifolio presbytero "mandat monachos Scythas a Constantinopolim aduenisse, qui 'unum de trinitate' praedicant 'crucifixum', sperans ab illius paruitate, si tale aliquid in doctrina patrum repperit". Responsum Trifolii dudum edidimus ⁽⁵⁷⁾.

Illis quoque temporibus monachi Scythae ad Fulgentium aliosque episcopos, iterum exsules in Sardinia, epistulam dirigunt ⁽⁵⁸⁾, quae magna ex parte retractatio est LIBELLI FIDEI quem iam ante fere VI menses legatis obtulerunt ⁽⁵⁹⁾, et "suppliciter petunt ... ut scriptis sententiam eorum patefacere iubeant, ut si, deo praestante, catholicae fidei conueniens et apostolicis traditionibus, sua apud eos ... fuerit expositio comprobata, perfacile tantorum ... auctoritate muniti, iniqua loquentium ora obstruere ualeant" ⁽⁶⁰⁾. Illam litteram et excerpta quaedam rescripti episcoporum infra inseruntur ⁽⁶¹⁾.

Ceteroquin maxime dissentiunt Hormisdas papa et Scythae monachi in ea referendo quae interea Romae agebantur ⁽⁶²⁾.

Hormisdas papae petitioni (diei 2.IX.519), ut Victor diaconus Romam mitteretur ⁽⁶³⁾, ab imperatore et a Iustiniano non modo non obtemperatum est, sed etiam noua papaeque minime amica consilia parabantur.

19.I.520 Litteris enim (diei 19.I.529), per Eulogium, et Iustinus imperator ⁽⁶⁴⁾ et Ioannes episcopus Constantinopolitanus ⁽⁶⁵⁾ et Iustinianus ⁽⁶⁶⁾ Hormisdas annuntiant 'preces sibi admotas esse ex diuersis Orientis prouinciis, quibus illi certa quaedam capitula de indiuidua

Horm.108

Amell.181

Horm.136

Amell.183

Horm.[xcviii]

(57) TRIFOL., *Epist. ad b. Faust. senat.* (CC 85, p. 137-141); — cf. supra, p. xxxii adnot. 55.

(58) SCYTH. MON., *Epist. ad episcopos* = [FVLG.], *Epist. 18* (CC 91A, p. 551-562 = infra, p. 157-172). — Hanc epistulam certe ante a. 523, sed postquam primum Constantinopoli rediti et dein iterum Romam profecti sunt, scripsisse Scythae monachi, alii opinantur: u. Schwartz, *Scyth.*, p. xi, 15/18; Amann, *Scythes*, col. 1749-1750, 3^o; Id., *Sémi-Pélag.*, col. 1839-1840, 4^o.

(59) MAXENT., *Libell. fid.* (infra, p. 5-25). — Cf. infra, p. 156; p. 157-172 app. ult.

(60) SCYTH. MON., *Epist. ad episcopos* = [FVLG.], *Epist. 18*, (I), 2 (CC 91A, p. 551 = infra, p. 157-158, 20/28).

(61) SCYTH. MON., *Epist. ad episcopos* = [FVLG.], *Epist. 18* (CC 91A, p. 551-562 = infra, p. 157-172); — FVLG. c.a., *Rescr. ad Scyth. mon.* = FVLG. c.a., *Epist. 17* (CC 91A, p. 563-615 = infra, p. 173-177 [excerpta]).

(62) HORM. PAPA, *Epist. ad Possess.* die 13.VIII.520 = HORM., *Epist. 124*, 2-3 (p. 927-929) = *Epist. 231* AVELL., 6-10 (p. 697, 20 - 699, 6) = MAXENT., *Adu. epist. Horm.*, *Epist.*, I, 6-10 (infra, p. 116, 28 - 118, 68) = MAXENT., *Adu. epist. Horm.*, *Resp.*, I, 6-10 (infra, p. 130-141, passim); — MAXENT., *Adu. epist. Horm.*, *Resp.*, I, 6-10, (XVIII-XXXIX) (infra, p. 130-142).

(63) HORM. PAPA, *Epist. ad Iustinian.* die 2.IX.519 = HORM., *Epist. 91* (p. 888) = *Epist. 189* AVELL., 3 (p. 647, 5/10).

(64) IUSTIN. IMP., *Epist. ad Horm.* die 19.I.520 = [HORM.], *Epist. 108* (p. 908-909) = *Epist. 181* AVELL. (p. 636-637).

(65) IOAN. [EPIPHAN.] CONSTANTINOPOL., *Relatio ad Horm.* die 19.I.520 = [HORM.], *Epist. 138* (p. 958-959) = *Epist. 183* AVELL. (p. 638-639).

(66) IUSTINIAN., *Epist. ad Horm.* die 19.I.520 = [HORM.], *Epist. xxviii* deperdita (p. 1002).

trinitate apud se constituta esse testarentur, a quibus recedere non possent; has supplicationes, quibus Dioscorus legatus oblocutus esset, fore ut legatus quidem Romam deportaret'.

Capitula illa ad formulam de '*uno ex trinitate passo*' pertinuisse apparet ex responso Hormisdæ ad Iustiniani epistolam deperditam.

(ex.), III.520

In sua enim epistula responsoria (exeuntis mensis III.520), Hormisdas dicit: "Vt ad id, quod celsitudo uestra desiderat, noster sermo dirigatur, quamquam et clementissimus imperator et uos promittatis legationem esse uenturam, et id cum ratione conuenerit, ut eorum qui dirigendi sunt super omnibus non decuerit expectare praesentiam: tamen, quia gratum nobis est studium quod circa religionem uos habere declarastis, non grauat praelibare dicendo, non opus, ut stabilitatem fidei uestrae intentionis ⁽⁶⁷⁾ potius quam rationis sequaces procaci uerborum *nouitate* confundant. Sancta trinitas pater et filius et spiritus sanctus deus unus est. Hanc Israel iussus adorare cuius inseparabilis et indiscreta substantia non potest diuidi, non potest sacrilega distinctione separari, seruata tamen proprietate sua unicuique personae" ⁽⁶⁸⁾.

Horm. 112
Anall. 206

Sed iterum iterumque legatio illa dilata est. Accedit quod Ioannes episcopus Constantinopolitanus paulo post quam illae epistolae missae sunt, mortuus est; die 25.II.520 ordinatus est Epiphanius.

9.VII.520

Die 9.VII.520 Germanus episcopus ⁽⁶⁹⁾, Felix et Dioscorus diaconi et Blandus presbyter, legati apostolicae sedis, tandem Romam pergit, et 17.IX.520 adueniunt, portantes epistolam Iustini imperatoris ad Hormisdam ⁽⁷⁰⁾.

Horm. [cccxciii]

9.VII.520

Per litteras eiusdem diei (9.VII.520) Iustinianus illam Orientalium supplicationem renouat, et Hormisdam papam rogat, ut ad perfectam ecclesiarum unitatem duo praestet, nempe, ne cogat alios praeter

(67) Cf. Thiel, *Epist.*, p. 913 not. 3: "Hoc est *contentionis*: quod de Scythis monachis dictum, quorum 'in uerborum nouitate procaciam' ita arguit, ut nusquam eis haereticae labis notam inurat".

(68) HORM. PAPA, *Epist. ad Iustinian.* (ex.), III.520 = HORM. *Epist.* 112, 2 (p. 913) = *Epist.* 206^{AVELL.}, 3-4 (p. 665, 14/26). — Cf. Schwartz, *Scyth.*, p. ix: "Quae ab Hormisdæ ex sententia Dioscori contra formulam illam scripta esse probatur plurimis Maxentii scriptorum locis, quibus Christum '*unum ex trinitate*' confiteri idem esse negat atque trinitatem diuidere": cf. ex.gr. MAXENT., *Libell. fid.*, IX, 14; XI, 20 (infra, p. 14, 190/191; p. 17, 253/255); u. infra, p. xxxv adnot. 71.

(69) Ioannes episcopus 'aegritudine corporali' retinebatur: cf. IUSTINIAN., *Epist. ad Horm.* die 31.VIII.520 = [HORM.], *Epist.* 127 (p. 939) = *Epist.* 200^{AVELL.}, 2 (p. 659, 23/24); — qui demum die 9.IX.520 a Constantinopoli profectus et Romam aduentus sit die 30.XI.520.

(70) IUSTIN. IMP., *Epist. ad Horm.* die 9.VII.520 = [HORM.], *Epist.* xxxxciii deperdita (p. 1003); — de qua u. IUSTIN. IMP., *Epist. ad Horm.* die 31.VIII.520 = [HORM.], *Epist.* 126 (p. 938-939) = *Epist.* 199^{AVELL.} (p. 658-659).

haeresis auctores nominatim damnari, et ut decernat, num Christus recte dicatur '*unus de trinitate in carne passus*': "Illud etiam magis magisque deposcimus, ut tua sanctitas concepta gratia caelesti, quae praetendunt Orientales episcopi, tractare dignetur, eorumque fidei competentem praebere consensum. Nobis etenim uidetur, quoniam filius dei uiui d. n. I. C. ex uirgine Maria natus, quem praedicat summus apostolorum '*carne passum*', recte dicitur '*unus in trinitate cum patre spirituque sancto regnare*'; sicut enim uidetur ambiguum dicere simpliciter '*unum de trinitate*' ⁽⁷¹⁾ non praemisso nomine domini nostri I. C., sic eius personam '*in trinitate*' cum patris spiritusque sancti personis esse non dubitamus; sine Christi namque persona nec credi trinitas religiose potest nec adorari fideliter, quemadmodum sanctus Augustinus ait: '*An aliqua ex trinitate persona*' ⁽⁷²⁾, et alio loco: '*Solus in trinitate corpus accepit*' ⁽⁷³⁾, et iterum: '*Unus trium*' ⁽⁷⁴⁾. Rogamus igitur, reuerentissime salutantes, ut, futuri iudicii memores, causam taliter ordinetis, ne quid dubitationis relinquatur in posterum, quatenus, omni scrupulo discordiarum sublato, pacis desideratae per orbem totum uincula renouentur, et uenerandarum floreat ecclesiarum concordia, corporisque unius in pristinum statum membra recolligantur. Ille namque medicus iure laudatur, qui ueteres aegritudines ita sanare deproperat, ut ex his noua uulnera non nascantur" ⁽⁷⁵⁾.

'Quibus locis ex Augustino sumptis Iustinianus non ipsam Scytharum monachorum sententiam protegendam suscepit, sed aliam quandam ab illa paululum deflexam. Quoniam Maxentius hanc sententiam ut Nestorianam increpat ⁽⁷⁶⁾, uerisimile est Dioscorum formulam, secundum Leonis tomum ⁽⁷⁷⁾ conceptam, tolerari posse concessisse ⁽⁷⁸⁾, et Iustinianum, qui uel tunc res diuinas non minus bene callere quam humanas sibi uidebatur, hac ratione si non ipsos monachos, tamen Vitalianum cum Dioscoro et Hormisda conciliari posse censuisse' ⁽⁷⁹⁾.

(71) Cf. MAXENT., *Libell. fid.*, IX, 14 (infra, p. 14, 190/191): u. supra, p. XXXIV adnot. 68.

(72) Cf. MAXENT., *Libell. fid.*, IX, 16 (infra, p. 15, 202).

(73) Cf. MAXENT., *Libell. fid.*, IX, 16 (infra, p. 15, 195/196).

(74) Cf. MAXENT., *Libell. fid.*, IX, 14.15 (infra, p. 14, 191; p. 15, 198).

(75) IUSTINIAN., *Epist. ad Horm.* die 9.VII.520 = [HORM.], *Epist.* 120, 3-4 (p. 922) = *Epist.* 196^{AVELL.}, 6-7 (p. 656, 5/27); — cf. infra, p. XXXVI adnot. 83. 84.

(76) Cf. MAXENT., *Dial. c. Nest.*, II, XX (infra, p. 104, 958/959; p. 105, 990/1000).

(77) Cf. INNOCENT. MARON., *De his qui unum ex trinitate I. C. dubitant confiteri*, 30 (ACO IV, II, p. 74, 4/7): "quod b. quidem Proclus '*unum ex trinitate*' d. n. I. C. esse docuit, b. autem Leo non '*ex trinitate*', sed '*in trinitatis deitate*' cum patre et cum spiritu sancto adorandum esse praedicauit".

(78) Cf. MAXENT., *Adu. epist. Horm.*, Resp., I, 8, (XXVI) (infra, p. 134, 350/352).

(79) Schwartz, *Maxent.*, p. x.

- (VII).520 Constantinopoli interea Possessor episcopus Afer, de Fausti Reien- Horm.115
Amul.230
sis dictis, praesertim de gratia dei, consultus, per Iustinum diacono-
num ab Hormisda papa quid respondendum sit consulit ⁽⁸⁰⁾.

- 13.VIII.520 Quibus acceptis litteris (die 18.VII.520), Hormisdas Possessori Horm.124
Amul.231
respondit litteris (diei 13.VIII.520) quibus primum, Scythis monachis
proxime a Roma discessis, eorum Romam degentium superbiam et
tumultus refert; tum quid de Fausti libris et de gratia et libero arbi-
trio tenendum sit exponit ⁽⁸¹⁾.

- VIII.520 Paulo fortasse post quam Constantinopolim reuersi erant mona-
chi, uel ipse Maxentius illam epistolam redarguebat, et "conueniens
credidit aliqua, tam de Fausti quam de libris ... Augustini, certa
capitula ... inserere" ⁽⁸²⁾.

- 9.IX.520 Sed adhuc non desistit Iustinianus et iterum (die 9.IX.520), "ut Horm.132
Amul.235
nihil ultra remaneat in ambiguum", per Ioannem antistem, Hera-
clianum presbyterum et Constantinum diaconum Constantinopoli-
tanos epistolam dirigit ad Hormisdam "ut super omnibus ... inte-
grum responsum accipiant". Et eisdem fere uerbis, quibus antea
(die 9.VII.520) insistit: "Nobis etenim uidetur, quoniam filius dei
uiui d. n. I. C. ex uirgine Maria natus, quem praedicat summus apo-
stolorum 'carne passum', recte dicitur 'unus in trinitate' cum patre spi-
rituque sancto regnare', maiestatisque eius personam 'in trinitate'
⁽⁸³⁾ et 'ex trinitate' non infideliter credimus ... " ⁽⁸⁴⁾.

- a.523 Anno 523 ⁽⁸⁵⁾ Ioannes presbyter et archimandrita, et Venerius dia-
conus ⁽⁸⁶⁾ ad Fulgentium aliosque episcopos, exsules in Sardinia,

(80) POSSESS., *Relatio ad Horm.* die (18).VII.520 = [HORM.], *Epist.* 115 (p. 916-917) = *Epist.* 230^{AVELL.} (p. 695-696).

(81) HORM. PAPA, *Epist. ad Possess.* die 13.VIII.520 = HORM., *Epist.* 124 (p. 926-931) = *Epist.* 231^{AVELL.} (p. 696-700) = MAXENT., *Adu. epist. Horm.*, *Epist.* (infra, p. 115-121) = MAXENT., *Adu. epist. Horm.*, *Resp.* (infra, p. 125-142, passim).

(82) MAXENT., *Adu. epist. Horm.*, *Resp.*, II, 15, (XL) (infra, p. 142-143, 602/605). — Hoc iam tempore "libros Fausti esse haereticos" monet MAXENTIVS, *ibid.* (infra, p. 143, 606/607).

(83) Cf. IVSTINIAN., *Epist. ad Horm.* die 9.VII.520 = [HORM.], *Epist.* 120, 3 (p. 922) = *Epist.* 198^{AVELL.}, 6 (p. 656, 8/12.14) : u. supra, p. xxxv adnot. 75.

(84) IVSTINIAN., *Epist. ad Horm.* die 9.IX.520 = [HORM.], *Epist.* 132, 1-2 (p. 954-955) = *Epist.* 235^{AVELL.}, 2-3 (p. 715, 19/20.15/16.20/25) : u. supra, p. xxxv adnot. 75.

(85) Cf. PL 45, col. 1779 adnot. c : "In exsilio receperunt (episcopi) epistolam Ioannis et Venerii; hanc uero iis responsionem nonnisi post finitum exsilium reddiderunt (cf. CC 91, p. vii adnot. 18). Nam cap. xix (CC 91A, p. 456, 330/331) laudant tres libros 'de ueritate praedestinationis et gratiae', quos Fulgentius, ut in ipsius 'Vita', cap. xxix legitur, 'iam reuersus de exsilio confecit'".

(86) Cf. supra, p. xxiii adnot. 7.

epistolam dirigunt ⁽⁸⁷⁾, quae iam non exstat. "Pro gratia, qua saluamur" certant ⁽⁸⁸⁾ Ioannes et Venerius, et episcopis "significant quosdam fratres in quaestione de gratia dei et humano arbitrio non rectum tenere catholicae fidei tramitem, sed aduersus dei gratiam eleuare uelle humani arbitrii libertatem" ⁽⁸⁹⁾. Inter alia "dicunt quod, se dicentibus quod Esau et Iacob necdum natis, Iacob per misericordiam gratuitam eligitur, Esau autem originali peccato detentus, iusto iudicio dei est odio habitus, illi e contrario dicunt, in Esau figuram esse populi Iudaeorum, ex futuris malis operibus condemnandi, in Iacob uero figuram esse populi gentium, ex futuris bonis operibus saluandi" ⁽⁹⁰⁾; et "dicunt, sola dei misericordia saluari hominem, illi autem dicunt, nisi quis uoluntate propria cucurrit et elaborauerit, saluus esse non poterit" ⁽⁹¹⁾, quod episcopi 'digne utrumque teneri, si rectus seruetur ordo' ⁽⁹²⁾ aestimant; et quod "illud etiam dicunt: 'Deus est enim qui operatur in uobis et uelle et operari, pro bona uoluntate', illi autem dicunt: 'Si uolueritis et audieritis me, bona terrae comedetis' " ⁽⁹³⁾, episcopi, 'si utrumque sicut oportet animus in fide tranquillus acceperit, nulla de gratia dei et humano arbitrio quaestio remanere' ⁽⁹⁴⁾ opinantur, et alteram partem rescripti Hormisdæ papæ ad Possessorem ⁽⁹⁵⁾ in memoriam reducunt ⁽⁹⁶⁾.

a.523 Reducti de exilio episcopi responsum dederunt ⁽⁹⁷⁾; Fulgentius
inter et
a.526 etiam libros tres 'de ueritate praedestinationis et gratiae' ⁽⁹⁸⁾
eisdem Ioanni presbytero et Venerio diacono dedicat ⁽⁹⁹⁾.

(87) Cf. FVLG. e.a., *Rescr. ad Ioan. et Vener.* = FVLG. e.a., *Epist.* 15, 2 (CC 91A, p. 447, 24): "Accepimus itaque uestrae caritatis epistolam".

(88) FVLG., *De uerit. praedest. et grat.*, I, (1), 1 (CC 91A, p. 458, 2/3).

(89) FVLG. e.a., *Rescr. ad Ioan. et Vener.* = FVLG. e.a., *Epist.* 15, 2 (CC 91A, p. 447-448, 29/32).

(90) FVLG. e.a., *ep.c.* = FVLG. e.a., *Epist.* 15, 6 (CC 91A, p. 449, 94/100).

(91) FVLG. e.a., *ep.c.* = FVLG. e.a., *Epist.* 15, 11 (CC 91A, p. 452, 182/184).

(92) FVLG. e.a., *ep.c.* = FVLG. e.a., *Epist.* 15, 11 (CC 91A, p. 452, 184/185).

(93) FVLG. e.a., *ep.c.* = FVLG. e.a., *Epist.* 15, 13 (CC 91A, p. 453, 218/220).

(94) FVLG. e.a., *ep.c.* = FVLG. e.a., *Epist.* 15, 13 (CC 91A, p. 453, 220/222).

(95) Cf. HORM. PAPA, *Epist. ad Possess.* die 13. VIII. 520 = HORM., *Epist.* 124, 4-5 (p. 929-931) = *Epist.* 231^{AVELL.}, 10-15 (p. 699, 6 - 700, 18) = MAXENT., *Adu. epist. Horm.*, *Epist.*, II, 11-15 (infra, p. 119-121, 69/108) = MAXENT., *Adu. epist. Horm.*, *Resp.*, II, 11-15, (XL) (infra, p. 142, 587/601, passim).

(96) Cf. FVLG. e.a., *Rescr. ad Ioan. et Vener.* = FVLG. e.a., *Epist.* 15, 18 (CC 91A, p. 456, 314/337).

(97) FVLG. e.a., *ep.c.* = FVLG. e.a., *Epist.* 15 (CC 91A, p. 447-457). — Cf. supra, p. xxxvii adnot. 87.88-94.

(98) FVLG., *De uerit. praedest. et grat.*, I-III (CC 91A, p. 458-548). — Cf. supra, p. xxxvi-xxxvii adnot. 85.88.

(99) FVLG. e.a., *Rescr. ad Ioan. et Vener.* = FVLG. e.a., *Epist.* 15, 18 (CC 91A, p. 456, 327/331): "Vnus ex nobis ..., illis omnibus, quae memoratos fratres aduersus gratiam et praedestinationem intimastis uel sentire uel dicere, tribus libris uestro nomini dedicatis sufficienti disputatione respondit".

Illum Ioannem Scytham monachum ⁽¹⁰⁰⁾ eundem esse ac hunc Ioannem, nunc presbyterum et archimandritam ⁽¹⁰¹⁾ (ac Ioannem tunc episcopum Tomitanae urbis ⁽¹⁰²⁾) credere fas est ⁽¹⁰³⁾.

- 6.VI.533 'Postea Iustinianus imperator, Scytharum monachorum tutelam
25.III.534 accusauerant, suscipiens ⁽¹⁰⁴⁾, a Ioanne II impetrauit, ut Scytharum
formulam approbaret Acoemetasque condemnaret ⁽¹⁰⁶⁾; ui enim
communicationis idiomatum haec formula iustificari potest. Ad tres
uero quaestiones a Iustiniano propositas, respondit papa in epistula
ad senatores Constantinopolitanos' ⁽¹⁰⁶⁾: "Iustinianus imperator
... de his tribus quaestionibus orta certamina fuisse significauit: (I)
Vtrum 'unus ex trinitate' Christus et deus noster dici possit, hoc est
una de tribus personis sanctae trinitatis sancta persona. (II) An deus
Christus carne pertulerit impassibilis deitate. (III) An proprie et uera-
citer <dei genetrix materque dei uerbi ex ea incarnati> mater domini
dei nostri I. C. Maria semper uirgo debeat appellari ... — (I) Vnum
enim ex sancta trinitate Christum esse ... in his exemplis euidenter
ostendimus: ... (II) Deum uero carne passum his nihilominus robo-
remus exemplis: ... (III) Gloriosam uero sanctam semper uirginem
Mariam et proprie et ueraciter dei genetricem matremque dei
uerbi ex ea incarnati ab hominibus catholicis confiteri recte doce-
mus ..." ⁽¹⁰⁷⁾.

Anall. 847-81

Anall. 910-83

Anall. 84

Cum usque ad nouam editionem ab E. Schwartz datam ⁽¹⁰⁸⁾, Col-
lectio "Palatina" Mario Mercatori tribueretur, i.e. saec. v ⁽¹⁰⁹⁾, Ioan-
nem illum, cuius 'Disputatio de Nestorianis et Eutythianis' tamquam
appendix olim collectioni iuncta erat ⁽¹¹⁰⁾ tenebatur Tomitanae

(100) Cf. *Documenta et testimonia*, supra, p. VIII-XV : 1.2-11.34-38.40.47-48.60.

(101) Cf. *Documenta et testimonia*, supra, p. XVI : 62-63.

(102) Cf. *Documenta et testimonia*, supra, p. XVI : 64-65.

(103) Cf. supra, p. XXIII adnot. 7; infra, p. XXXIX adnot. 114; p. XLI adnot. 135.

(104) Cf. IUSTINIAN. IMP., *Epist. ad Ioan. II* die 6.VI.533 (PL 66, col. 140-17^b), inserta in IOAN. II, *Epist. (2) ad Iustinian.* die 25.III.534 = *Epist. 84^{AVELL.}*, 7-21 (p. 322, 6-325, 11), et in AGAPIT., *Epist. ad Iustinian.* die 18.III.536 = *Epist. 91^{AVELL.}*, 8-22 (p. 344, 25-347, 19).

(105) Cf. IOAN. II, *Epist. (2) ad Iustinian.* die 25.III.534 = *Epist. 84^{AVELL.}* (p. 320-328).

(106) Denzinger, *Enchir.*, p. 138-139 (monitum ad Ioan. II).

(107) IOAN. II, *Epist. (3) ad senat. Constantinopol.* (PL 66, col. 20^{a-c}; col. 20^b; col. 21^b; col. 22^{b-23^a}; Denzinger, *Enchir.*, p. 139 n. 401). — Cf. supra, p. XXIV adnot. 17.

(108) Schwartz, *Collectio Palatina, sine qui fertur Marius Mercator*, ACO I, v-1, 1924, p. 1-181 (collectio primaria); — cf. infra, p. 183-234.

(109) Cf. Schwartz, *Collect.*, p. VII : "Fatali errore uirorum doctorum qui s. XVII Collectionis Palatinae notitiam propagauerunt, factus est ut eam fere sine discrimine Mario Mercatori adscriberent".

(110) Cf. SCYTH. MON., *Coll. Palat.*, Epilog. (infra, p. 234, 22/26).

urbis episcopum fuisse 'post Timotheum concilio Epheseno a. 431 superstitem et ante Alexandrum synodi Constantinopolitanae a. 449 subscriptorem' (111).

a.534 (7)
inter et
a. 550

Collectione tandem suo compositor reddita, i.e. monacho Scytharum s. VI in ipso Ioanne uiuo (112), Schwartz (113) recte concludit Ioannem Tomitanum episcopum fuisse a. circiter 530 inter et a. 550; et eum eundem esse ac illum Ioannem Scytham monachum (114), quam opinionem non omnes secuti sunt (115), quae sententia uero aliis 'magis placet' (116).

Scythia monachus in Collectione "Palatina" non solum aliorum scripta collegit, sed ipse 'Disputationem XII capitulorum Cyrilli Alexandrini et sic dictorum Nestorii Anti anathematismorum' (117) et 'Refutationem quorundam Nestorii dictorum' (118) composuit; ipsius etiam 'Epilogo' collectio concluditur (119), in quo collector 'se Ioannis Tomorum urbis prouinciae Scythicae episcopi sermonem contra Nestorianos et Eutychianos propositurum esse pollicetur' (120). Adiecit itaque Ioannis Tomitani 'Disputationem', quae excidit in collectionis primariae forma codicis Palatini (121). Huius 'Disputationis' textus a Morin ante tres saeculi partes inuentus et editus (122), formam primariam non praebet qua collectioni adiecta fuerit. Nam nunc primum feliciter inuentus est, a R. Weijenburg (123), textus 'Epilogi' collectoris (124) una cum illo Ioannis Tomitani 'Dis-

(111) Morin, *Jean*, p. 74; — u. P.B. Gams, *Series episcoporum ecclesiae catholicae*, 1873, p. 428.

(112) Cf. Schwartz, *Collect.*, p. VIII.

(113) Ignarus, ut uidetur, editionis illius Ioannis Tomitani 'Disputationis' iam ante annos uiginti a Morin data. — Cf. infra, p. xxxix adnot. 121.

(114) Cf. Schwartz, *Collect.*, p. VIII. — Cf. supra, p. xxxviii adnot. 103.

(115) Cf. Siegmund, *Überlief.*; — Fransen, *Collect.*; — Devreesse, *Théod.*, qui 'Disputationem' Ioannis Tomitani circa a. 400 scriptam esse asseuerat, quod impossibile uidetur cum praecipuus illius fons sit ille "Praedestinatus", qui a. 432-440 adscribitur a B. Fischer, *Verzeichnis der Sigel für Kirchenschriftsteller* (Vetus latina 1/1), Freiburg, 1963³ sqq., sub siglo PRAE; a. 432-435 uero a M. Abel, *Le "Praedestinatus" et le pélagianisme*, RTAM xxxv, 1968, p. 5-25 (in casu p. 6: "L'ensemble a dû être composé à Rome, entre 432 et 435, soit peu après le décès d'Augustin"). Cf. infra, p. xl adnot. 130.

(116) Dekkers, *CPL*, p. 154; — Bark, *Maxent.*

(117) SCYTH. MON., *Disput. xii capit.* (infra, p. 195-213).

(118) SCYTH. MON., *Refut. Nestor.* (infra, p. 214-224).

(119) SCYTH. MON., *Coll. Palat.*, Epilog. (infra, p. 231-234).

(120) Schwartz, *Collect.*, p. VIII. — Cf. SCYTH. MON., *Coll. Palat.*, Epilog. (infra, p. 234, 22/29).

(121) Cf. Schwartz, *Collect.*, p. VIII: "quos (sermone Ioannis Tomitani) etsi is qui collectionem in eam quae in codice Palatino exstat formam redegit, non recepit".

(122) Morin, *Jean*. — Infra, p. 234-239 (col. sinistra). — Cf. supra, p. xxxix adnot. 113.

(123) Vide infra, p. 181.

(124) Infra, p. 231-234 (col. dextra).

putationis' ⁽¹²⁵⁾, sub titulo "Responsa catholici ...", nec dubitare licet textum hunc propius primariam formam esse, cum excerptus sit ex perfectiore et antiquiore exemplare adhuc textum 'Disputationis' praebente; et, cum textus 'Epilogi' in 'Responsis catholici' ⁽¹²⁶⁾ paene idem sit ac ille in codice Palatino ⁽¹²⁷⁾, dubium non est quin et textus 'Disputationis' in iisdem 'Responsis catholici' ⁽¹²⁸⁾ etiam similis sit textus collectionis primariae. Textus uero a Morin vulgatus ⁽¹²⁹⁾ longe discrepat ab illo in 'Responsis catholici', cuius, ut diximus ⁽¹³⁰⁾, praecipuus fons est ille "Praedestinatus" ⁽¹³¹⁾.

Haec sufficit rettulisse nec in rerum tenuitatem descendere scopo nostro congruit.



Intricatam quaestionem soluere non intendimus, praetereolae tamen non possumus. Nam absque ullo discrimine scriptores moderni etiam hodierni illum 'abbatem' Scytham nunc *Ioannem Maxentium* tunc *Maxentium* appellant, raro *Maxentium Ioannem*, licet nusquam appellatio illa q.e. 'Ioannes Maxentius' reperiatur, neque ista q.e. 'Maxentius Ioannes' — si unicum codicem *L* excipias collectionem opusculorum amplectentem, ubi tum 'Maxentius Ioannes' tum 'eiusdem' inuenitur (*doc. 3-33*) ⁽¹³²⁾.

In omnibus ceteris testimoniis 'abbas' ille *Maxentius* et 'monachus' iste *Ioannes* perspicue distincti sunt. Sed etiam in illo codice *L*, in solo illo primo opusculo q.e. 'Libellus fidei', qui non nomine 'Maxentii Ioannis' uel 'eiusdem' inscribitur, in ipsa genuina inscriptione ipse auctor se *exiguum Maxentium* nominat (*doc. 2*), itemque Dioscorus legatus (*doc. 54*) eum *Maxentium* appellat. Percipere

(125) Infra, p. 235-239 (col. dextra).

(126) Titulus *Responsa catholici aduersus peruersa opuscula Theodoriti Nestoriani* (infra, p. 231, 1/3) manifeste ad collectionem "Palatinam" refert: 'catholici': u. infra, p. 196, 23; p. 200, 130; p. 201, 166; p. 202, 184; p. 203, 217; p. 204, 232; p. 205, 258; p. 206, 280; p. 207, 299; p. 208, 329; p. 209, 353; p. 213, 453; p. 233, 8; — 'peruersa opuscula Theodoriti Nestoriani': u. infra, p. 229, 10/11; — 'Theodoriti Nestoriani' (scil. *Cyrensis*): u. infra, p. 225 n. VII, (40) - 229 n. XI, (50).

(127) Nam solae significantes discrepantiae sunt hae (infra, p. 232-234): 8 licet *P*, libet *rectius* (liber) *C* — 17 gentilibus *P*, gentibus *rectius C* (cum *I Cor. 1, 23 et Cassian.*) — 28 effudit *P*, offudit *rectius C* (cf. p. 68, 502 et p. 223, 279).

(128) Infra, p. 235-239 (col. dextra).

(129) Infra, p. 235-239 (col. sinistra).

(130) Cf. supra, p. xxxix adnot. 115.

(131) Vide infra, p. 235 sq. (app. fontium).

(132) Cf. infra, p. xli adnot. 137. — Abbreuiatione *doc.* referimus ad *Documenta et testimonia*, supra, p. VIII-XVI.

omnino non possum quo sensu uel qua ratione E. Schwartz 'igitur' nomen illud 'signum fuisse' contendit ⁽¹³³⁾.

Hoc iam certe constat : *Maxentius* Romam non iit, sed Constantinopoli degebat ⁽¹³⁴⁾. *Ioannes* uero et *Leontius* monachi, amici cum fuerunt Dionisii (*doc. 1*) tum parentes exstabant magistri militum Vitaliani (*doc. 41, 42*), saepius coniuncte nominantur (*doc. 1, 34-38, 47, 48*) necnon a Iustiniano simul intentissima cura subueniuntur (*doc. 47-49*). Hi manifeste duces fuerunt delegationis monachorum, 'inter quos' separatim *Leontius* indicatur (*doc. 42*) ; *Ioannes* probabiliter primus inter pares exstabat, et separatim contra eum scripsit Trifolius (*doc. 60*).

Nec hypothesis reicienda est quod *Ioannes* monachus (*doc. 36, 37, 46-49, 60*) idem fuerit ac *Ioannes* presbyter et archimandrita (*doc. 62, 63*) qui 'abbati' Maxentio succederet et dein ille *Ioannes* Tomitanae urbis episcopus effectus esset (*doc. 64, 65*) ⁽¹³⁵⁾.

Contra omnia ista testimonia, pluribus codicibus tradita, in quibus 'abbas' ille *Maxentius* et 'monachus' iste *Ioannes* perspicue, ut uidimus, distincti sunt, stat unicus codex *L* in quo, quamuis primum opusculum solo nomine *exigui Maxentii* inscriptum sit (*doc. 2*), coniuncta reperiuntur illa nomina *Maxentius Ioannes seruus dei* (*doc. 3, 7, 8, 10, 11*) — passim '*eiusdem*' (*doc. 4-6, 9*).

Litem dirimere tentare non audeo utrum istis testimoniis fides habenda sit qui *Maxentium* dinoscunt *Ioanne* (et reuera *Maxentius* Constantinopoli degebat dum *Ioannes* Romam pergebat ⁽¹³⁶⁾), an isto unico codice *L* qui nomina illa iungit *Maxentius Ioannes seruus dei* attamen in proprio suo indice (*doc. 40*) ea separat *Maxentii, Ioannis, seruorum dei* ⁽¹³⁷⁾.

(133) Schwartz, *Maxent.*, p. v : "Non est igitur dubium quin Maxentii nomen quod Dioscorus usurpauit, signum fuerit, proprio Ioannis nomini additum".

(134) Vide Altaner, *Leontius*, p. 380 : "Auf Grund dieses Quellenbefundes haben wir das Recht zu behaupten, dass Iohannes Maxentius nicht Mitglied der nach Rom reisenden Delegation gewesen ist". — Cf. infra, p. xli adnot. 136.

(135) Cf. supra, p. xxiii adnot. 7 ; p. xxxviii adnot. 103.

(136) Cf. supra, p. xli adnot. 134.

(137) Reuera codex *L* (Laud.misc.92, olim coniunctus codici Laud.misc.580) etiam illius Ioannis Tomitanae urbis episcopi "Disputationis de Nestorianis et Eutychianis" textum praebet (f. 174-175) diuersum a forma primaria qua collectioni 'Palatinae' adiecta fuit (cf. supra, p. xxxix-xl adnot. 122-129 et infra, p. 181 adnot. 9).

CONSPECTVS CODICVM

OXFORD, *Bodleian Library*,

L : Laud.misc.92. s. IX².

("Liber s̄ci Kyliani" n. "CI") ⁽¹⁾.

[f. usque 174 :

FVLGENTII (*tractatus et epistulae* PL 65, col. 151-360 :) ;

Ad Monimum, lib. III (CC 91, p. 1-64) ;

Dicta regis Trasamundi et contra ea responsionum lib.
I (CC 91, p. 67-94) ;

Ad Trasamundum, lib. III (CC 91, p. 97-185) ;

Epistula I, Ad Optatum (CC 91, p. 189-197) ;

Epistula II, Ad Gallam uiduam (CC 91, p. 197-211) ;

Epistula III, Ad Probam (CC 91, p. 212-229) ;

Epistula IV, Ad Probam (CC 91, p. 229-235) ;

Epistula V, Ad Eugippium abbatem (CC 91, p. 235-240) ;

Epistula VI, Ad Theodorum senatorem (CC 91, p. 240-244) ;

Epistula VII, Ad Venantiam (CC 91, p. 244-254) ...

Explicit epistola s̄ci Fulgenti epi ad Venantiam consulimus (*sic*).]

f. 174-175 :

Sancti IOHANNIS Tomitanae ciuitatis episcopi, prouinciae Scythiae, De duabus haeresibus Nestorianorum et Eutychianistarum, nuper exortis post obitum beatæ memoriae Augustini episcopi, breuissima utilis-
simaque instructio (*infra*, p. 234-239).

L : Laud.misc.580. s. IX².

(Sancti Kyliani Wirceburgensis)

(olim coniunctus codici Laud.misc.92) ⁽¹⁾.

f. 2-9 :

Libellus fidei oblatus legatis apostolicae sedis Constantinopolim, quem accipere noluerunt ; susceptus est uero Romae a beato papa Hormisda et in conuentu episcoporum siue totius ecclesiae necnon etiam omnium senatorum lectus, catholicus est per omnia approbatus (*infra*, p. 5-25).

(1) Cf. B. BISCHOFF - J. HOPMANN, *Libri sancti Kyliani. Die Würzburger Schreibschule und die Dombibliothek im VIII. und IX. Jahrhundert* (Quellen und Forschungen zur Geschichte des Bistums und Hochstifts Würzburg, IV), Würzburg, 1952, pp. 37-38 (n. 38) ; 130 (nn. 115-116) ; — E. SCHWARTZ, *ACO* IV, II, pp. I-V ; *ACO* IV, III-1, p. 33.

Grates deo et persoluo A. DE LA MARE, bibliothecae Bodleianae, pro nonnullis lectionibus codicum L urbanissime ad me delatis.

f. 9-10 :

Capitula MAXENTI IOHANNIS edita contra Nestorianos et Pelagianos ad satisfactionem fratrum (*infra*, p. 29-30).

f. 10-11 :

EIVSDEM Professio breuissima catholicae fidei (*infra*, p. 33-36).

f. 11 :

EIVSDEM Breuissima adunationis ratio uerbi dei ad propriam carnem (*infra*, p. 39-40).

f. 11^v-13^v :

EIVSDEM Responsio contra Acefalos qui post adunationem stulte unam profitentur in Christo naturam (*infra*, p. 43-47).

[f. 13^v-18^v :

LEONIS I PAPAE Epistula ad Flavianum episcopum contra Eutychianos (*Epist.* 28) (*PL* 54, col. 755-781^A).]

f. 18^v-48 :

Praefatio Dialogi MAXENTI IOHANNIS serui dei contra Nestorianos (*infra*, p. 51-52) ;

Capitula libri primi (*infra*, p. 53-54) ;

Dialogi liber primus (*infra*, p. 55-72) ;

EIVSDEM Capitula libri secundi (*infra*, p. 73-75) ;

<Dialogi liber secundus> (*infra*, p. 76-110) ;

f. 48-50 :

Epistola, quae dicitur esse papae HORMISDAE, Ad Possessorem episcopum Africae qui est Constantinopoli (*Horm., Epist.* 124 = 231^{A^{VELL}}) (*infra*, p. 115-121).

f. 50-67^v :

Responsio MAXENTI IOHANNIS serui dei aduersus epistolam quam ad Possessorem a Romano episcopo dicunt haeretici destinatam (*infra*, p. 123-153).

[f. 67^v :

In hoc codicæ continentur libri s̄ci Fulgentii ēpsi ad Monimū Obiectionis regis Affricæ Drasamundi. Itē contra ipsū s̄ci Fulgentii ēpsi libri ·iiii·. Eiusdē s̄ci Fulgentii epi ad diuersos Maxentii. Ioha. seruorū dī dialogi contra Nestorianos ;]⁽²⁾.

(2) Cf. "Catalog. 1000" (Würzburg, *Universitätsbibliothek*, M.p.th.f.40, ff. 1^r + 46^{r-v}), f. 1^{ra} 22-23 : "Liber fulgentii de fide. Eiusdem de Mysterio dei Eisdem ad probam famulam dei", f. 1^{rb} 2 : "Liber maxentii" ; — B. BISCHOFF - J. HOPMANN, *o.c.*, pp. 130 (n. 115) ; 151-152.

ROMA, *Biblioteca Casanatense*,

C : 2010. s. XI ex.

(uetus n. B.V.17)

(Farfa uel Roma) ⁽⁵⁾.

f. [166^v] 168^v - [167^v] 169^v :

LXXX. Responsa catholici aduersus peruersa opuscula
Theodoriti Nestoriani (*infra*, p. 231-239) ⁽⁶⁾.

VATICANO, CITTÀ DEL, *Bibl. Apostolica Vaticana*,

P : Palat.lat.234. s. IX.

f. 1-93 :

Collectio 'Palatina' (*infra*, p. 183-234) ⁽⁵⁾.

V : Vat.lat.3787. s. XI in.

(uetus n. 903) ⁽⁶⁾.

Collectio Auellana, Epist. 231 :

Epistula HORMISDAE PAPAE Ad Possessorem episcopum
(*Horm.*, *Epist.* 124 = 231^{A^VELL}) (*infra*, p. 115-121).

G : Vat.lat.4961. s. X ex. uel XI in.

(uetus n. CLXXXVIII)

(olim Monasterii S. Crucis Fontis Auellanae).

Collectio Auellana, Epist. 231 :

Epistula HORMISDAE PAPAE Ad Possessorem episcopum
(*Horm.*, *Epist.* 124 = 231^{A^VELL}) (*infra*, p. 115-121).

(3) Cf. S. GIORGI, *Appunti su alcuni manoscritti del 'Liber Pontificalis'* (Archivio della Società romana di storia patria, XX), Roma, 1897, pp. 278-280; — P. FOURNIER - G. LE BRAS, *Histoire des collections canoniques en Occident*, II, Paris, 1932, p. 39; — Lidia AVITABILE (e.a.), *Censimento dei codici dei secoli xi-xii. Istruzioni per la datazione* (Studi Medievali. Serie terza, IX), Spoleto, 1968, pp. 1147-1148; — e.a.

(4) In collectione quadam in cv capitulis, quae incipit (f. [140^v] 142^v : "de episcoporum transmiratione, et quod non temere iudicentur, regulae quadraginta iiii, ex chronica graeca"; — Eadem "Responsa" olim exstabant etiam in codice ROMA, *Biblioteca Vallicelliana*, Tom.XVIII, teste ipso codice (ff. 136^{vb}-143^{rb}) : "Haec sunt quae in hoc codice habentur ... cccccxxxviii. Responsa catholica aduersus peruersa opuscula Theodoriti Nestoriani ..."; iste titulus uero iam periit.

(5) Cf. E. SCHWARTZ, *ACO* I, v-1, pp. 1-v; — *ACO* IV, III-1, p. 33.

(6) Cf. *ACO* IV, III-1, p. 58.

RATIO LEGENDI

VOCES ABBREVIATAE

<i>a.</i>	anno
<i>abbr.</i>	abbreviatus, -tio
<i>add.</i>	addidit, -derunt, -tus
<i>adn(ot).</i>	adnotauit, -tus, -tio
<i>adscr.</i>	adscripsit, -tus
<i>al(in).</i>	alinea
<i>al.m.</i>	alia manu
<i>alt.</i>	alter
<i>app.</i>	apparatus
<i>a(rt).</i>	articulus
<i>ca.</i>	circa
<i>cancell.</i>	cancellauit, -tus
<i>c(ap).</i>	capitulum, caput
<i>cett.</i>	ceteri
<i>cf.</i>	confer, conferatur
<i>c(it).</i>	citatus
<i>cod(d).</i>	codex manuscriptus, (-dices -ti)
<i>col.</i>	columna(e)
<i>compend.</i>	compendium, -diose
<i>compil.</i>	compilauit, -tus
<i>coni.</i>	conicio, -iecit, -iectura
<i>corr.</i>	correxerit, -rectus, -rigendus
<i>crit.</i>	criticus
<i>def.</i>	deficit, -ciunt
<i>del.</i>	deleuit, -tus
<i>deperd.</i>	deperditus
<i>diff(ic).</i>	difficilior
<i>dub.</i>	dubius
<i>e.a.</i>	et alibi, et alii
<i>ed(d).</i>	edidit, -tio(nes), -tor(es)
<i>emend.</i>	emendauit, -tus, -tio
<i>ep(ist).</i>	epistula(e)
<i>e.q.s.</i>	et quae similia
<i>eras.</i>	erasit, -sus
<i>etc.</i>	et cetera
<i>euanid.</i>	euanidus
<i>exc(erp).</i>	excerpsit, -tus, -tum
<i>ex(empl).</i>	exemplum
<i>excid.</i>	excidit, -derunt
<i>excl(us).</i>	exclusit, -sus, -siue
<i>e(x).g(r).</i>	exempli gratia
<i>exp.</i>	expunxit, -ctus
<i>expl(ic).</i>	explicit, -ciunt
<i>f(ol)., fo</i>	folium, -lia
<i>fort.</i>	fortasse

<i>frag.</i>	fragmentum, -ta
<i>gloss.</i>	glossa(e)
<i>homoeot(el).</i>	homoeoteleuton
<i>i.</i>	in
<i>ib(id).</i>	ibidem
<i>i.c.</i>	in casu
<i>id.</i>	idem
<i>i.e.</i>	id est
<i>illeg.</i>	illegibilis
<i>inc(ip).</i>	incipit, -piunt
<i>incl(us).</i>	inclusiue
<i>inf(er).</i>	inferior
<i>inscr.</i>	inscripsit, -tus, -tio
<i>interp.</i>	interpunxit, -ctus
<i>interp.</i>	interpretatus (est)
<i>i.q.</i>	idem quod
<i>iterat.</i>	iteraui, -tus
<i>laud.</i>	laudatus
<i>lect.</i>	lectio
<i>lib.</i>	liber, -bri
<i>l(in).</i>	linea(e)
<i>lit(t).</i>	littera(e)
<i>ll.</i>	lineae
<i>l(oc).</i>	locus
<i>m.</i>	manus
<i>m(ar)g.</i>	(in) margine
<i>ms(s).</i>	codex manuscriptus, (-dices -ti)
<i>mut.</i>	mutauit, -tus
<i>not.</i>	nota
<i>n(um).</i>	numerus
<i>om.</i>	omisit, -serunt, -ssus
<i>o(p).</i>	opus
<i>p(ag).</i>	pagina(e)
<i>parall.</i>	parallelus
<i>pet(it).</i>	petiuit, -tus
<i>pp.</i>	paginae
<i>pr.</i>	primus, prior
<i>praem.</i>	praemisit, -ssus
<i>prooem.</i>	prooemium
<i>prol(og).</i>	prologus
<i>ps.-</i>	pseudo-
<i>q.e.</i>	qui (quae, quod) est
<i>ras.</i>	rasura

<i>rec(ens).</i>	recentior
<i>redintegr.</i>	redintegrauit, -tus, -tio
<i>rel(iq)., rell.</i>	reliqui, -qua
<i>rep(ert).</i>	repertus
<i>repet.</i>	repetiuit, -tus
<i>rest.</i>	restituit
<i>s.</i>	sub, supra
<i>s(aec).</i>	saeculum
<i>sc(il).</i>	scilicet
<i>sec.</i>	secundus
<i>secl(us).</i>	seclusit, -sus
<i>serm.</i>	sermo
<i>s.l.</i>	sub linea, supra lineam
<i>spur.</i>	spurius
<i>sq(q).</i>	sequens, (-tes)
<i>s.u.</i>	sub uoce, supra uocem
<i>subscr.</i>	subscripsit, -tus, -tio
<i>sup(er).</i>	superior
<i>suppl.</i>	suppleuit, -tus
<i>suprascr.</i>	suprascripsit, -tus
<i>tab.</i>	tabula
<i>tert.</i>	tertius
<i>thes.</i>	thesis
<i>tir.</i>	tironianae (notae)
<i>tit.</i>	titulus
<i>t(om).</i>	tomus
<i>tr.</i>	transtulit, -latus ; transposuit, -situs
<i>u.</i>	uide
<i>uac.sp.rel.</i>	uacuo spatio relicto
<i>u(ar).l(ect).</i>	uarians lectio, -tes -nes
<i>ult.</i>	ultimus
<i>uol.</i>	uolumen

* * *

SIGNA

*	rasura unius litterae (<i>in apparatu critico</i>)
~	transposuit, -situs
[]	his signis inclusa sunt quae delenda uidentur
< >	his signis inclusa sunt quae supplenda uidentur
† †	his signis inclusa sunt quae pessumdata uidentur.

MAXENTII
ALIORVMQVE SCYTHARVM MONACHORVM

NECNON

IOANNIS
TOMITANAE VRBIS EPISCOPI

OPVSCVLA

MONITVM

Notae quintuplici tabulato dispositae sunt sub textu, ita :

Loci S. Scripturae.

Fontes.

Testimonia.

Raro, praeter in apparatu ad *Libellum fidei*, infra, p. 5-25.

Apparatus criticus.

Lectiones principis editionis opusculorum Maxentii, cura Ioannis DOBNECK (*Cochlaeus*) a. 1520 ⁽¹⁾, afferimus ex apparatu critico editionis Eduardi Schwartz.

Redintegrationes, duplicia et loci paralleli.

Passim.

(1) Cf. E. SCHWARTZ, *ACO* IV, II, p. I-III.

LIBELLVS FIDEI
OBLATVS LEGATIS APOSTOLICAE SEDIS
CONSTANTINOPOLIM
QVEM ACCIPERE NOLVERVNT
SVSCEPTVS EST VERO ROMAE
A BEATO PAPA HORMISDA
ET IN CONVENTV EPISCOPORVM
SIVE TOTIVS ECCLESIAE
NECNON ETIAM OMNIVM SENATORVM
LECTVS
CATHOLICVS EST PER OMNIA APPROBATVS

MONITVM

Codex ⁽¹⁾ :

OXFORD, *Bodleian Library*,
L : Laud.misc.580. s. IX^a. f. 2-9.

Editiones :

a) *lin. 1/425* :
Dominis ... illi :

Schwartz : SCHWARTZ, Eduardus, *Acta Conciliorum Oecumenicorum*,
IV, II (Argentorati, 1914), "Iohannis Maxentii Libelli",
p. 3-10 ("Libellus fidei")
(ex codice *L*).

b) *lin. 1/105* :
Dominis ... firmare :

Migne^a : MIGNE, J.P., *Patrologiae Cursus completus, Series Graeca*
prior, LXXXVI-1 (Lutetiae Parisiorum, 1860), col. 75^D-
78^D ("Ioannis Maxentii Epistola ad legatos Sedis aposto-
licae").

c) *lin. 106/425* :
Igitur ... illi :

Migne^a : MIGNE, J.P., *Patrologiae Cursus completus, Series Graeca*
prior, LXXXVI-1 (Lutetiae Parisiorum, 1860), col. 79^A-
86^D ("Eiusdem De Christo professio").

d) *lin. 361/425* :
His ... illi :

Migne^L : MIGNE, J.P., *Patrologiae Cursus completus, Series Latina*,
XLV, col. 1771^(c)-1772^(c) ("Scytharum monachorum De
gratia dei professio contra Pelagianos").

(1) Cuius lectiones afferimus ex editione *Schwartz*. — Cf. *supra*, p. XLII.

LIBELLVS FIDEI

OBLATVS LEGATIS APOSTOLICAE SEDIS CONSTANTINOPOLIM
 QVEM ACCIPERE NOLVERVNT
 SVSCEPTVS EST VERO ROMAE A BEATO PAPA HORMISDA
 ET IN CONVENTV EPISCOPORVM SIVE TOTIVS ECCLESIAE
 NECNON ETIAM OMNIVM SENATORVM LECTVS
 CATHOLICVS EST PER OMNIA APPROBATVS

DOMINIS VIRIS BEATISSIMIS GERMANO ET IOANNI EPISCOPIS,
 FELICI ET DIOSCORO DIACONIS, BLANDO PRESBYTERO ET VNI-
 VERSAE LEGATIONI APOSTOLICAE SEDIS, LIBELLVS AB EXIGVO
 MAXENTIO, ET OMNIVM QVI MECVM SVNT.

(PROLOGVS)

5 I. (1.) Quoniam nonnulli — uidentes nos contra eos, qui
 inimico proposito uenerabilis Chalcedonensis concilii fidem
 ni<tun>tur euertere, patrum proferre sententias, et nouis
 prauorum argumentationibus uerbis catholicis obuiare — :
 augmentum aliquod nos in fide facere iudicant aut certe
 10 contra statuta uenire concilii, necessario credidimus probabi-
 libus documentis hanc inconuenientem ab eorum animis ex-
 purgare opinionem, docentes : nullatenus esse contrarium,

I. 5/7 qui ... fidem nituntur euertere] cf. DIONIS. EXIG., Praef. 7, 1 [CC 85, p. 63, 8]
 (quas ... fidem molitur euertere). 8 obuiare] cf. DIONIS. EXIG., Praef. 7, 3 [CC 85,
 p. 64, 39] (obuiamus).

Tit. praem. INCIPIT L Schwartz, IOANNIS MAXENTII EPISTOLA AD LEGATOS SEDIS
 APOSTOLICAE Migne^o LEGATVS L SENATORVM] SERVATORVM L.

Inscr. 1 Iohanne L, Iohanni Schwartz 2 presbytero] b70 L 3 sedis aposto-
 licae ~ Migne^o libellus] om. Migne^o 4 omnium] omnibus Migne^o sunt]
 add. salutem Migne^o.

I. 6 Chalcedonensis L Schwartz 7 nitur L 10 necessarium credimus
 Migne^o (cf. infra, lin. 99.364)

Tit. cf. MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Resp. I, 9, (xxxv) [infra, p. 138, 483/
 484 ; p. 139, 491/492].

I. 5/10 contra eos, qui ... nouis prauorum argumentationibus ..., necessario credidimus] cf.
 SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (1), 1 [CC 91A, p. 551 = infra, p. 157, 7/12]
 (pernecessarium ... credimus, ... contra haereticos ..., qui prauis et iniquis argumentis).
 7 nituntur euertere] cf. infra, lin. 84 (moluntur corrumpere). 8 obuiare] cf. infra, lin.
 85 (obuiare). 11/12 ab ... opinionem] cf. infra, lin. 94/95.

si ex eorum patrum sententiis, quos ipsa recepit synodus, falsam docuerimus haeticorum esse sententiam, qua eam
 15 quasi contraria atque inconuenientia docere his, quae ante se fuerunt, conciliis tentant astruere.

II. (2.) Et primo quidem, catholicam fidem augmentum aliquod posse recipere, improbum est credere, quia, cum sit perfecta et plena in omnibus, augmentum recipere non potest
 20 — hoc enim sine dubio augmentum recipit : quod imperfectum est. Si autem non de intelligentia fidei, sed de uerbis agitur, hoc non est semper contrarium, quia aliquando explanationem fidei, uerborum facit adiectio, aliquando corruptionem — quod non augmentum, sed detrimentum est potius fidei. Qua-
 25 propter tunc adiectio uerborum uerenda est : quando non explanationem, sed corruptionem aut contrarietatem fidei operatur. (3.) Quod si omnis adiectio uerborum catholicae fidei noxia creditur : cur beatus Cyrillus, ad destruendam Nestorii impiam interpretationem sancti symboli, in concilio
 30 Epheseno tam multa<s> sanctorum patrum sententias proferens, nullum reprehensionis dignum fecis<se> augmentum creditur ? Quod si ideo augmentum fecisse non creditur, quia non in ipso sancti symboli mathemate ipsas sanctorum patrum sententias inseruit, sed eas extrinsecus proferens sinceris-
 35 simum sensum eiusdem sancti symboli reddidit manifestum : aequae ergo eos et de nostra paruitate conuenit iudicare, qui non in ipso termino uenerabilis Chalcedonensis concilii inserimus patrum sententias, sed eas extrinsecus contra inimicos pro ipsius defensione proferimus. Sic denique beatus
 40 papa Leo etiam defensione eiusdem concilii coactus est, diuersorum patrum sententiis — per illa quae dicuntur

II. 28/29 *ad destruendam ... interpretationem*] cf. DIONIS. EXIG., Praef. 6, 1 [CC 85, p. 59, 15/16] (*blasphemia ... damnantia*).

13 quas *Migne* recipit *Migne* 15 his] *om. Migne* quae] qui L.

II. 20/21 est imperfectum ~ *Migne* 24 fides L 25 uerenda] uitanda *Migne* 30 Epheseno L *Schwartz*, Ephesino *Migne* multa L 31 fecisse] *rest. Schwartz*, fecis L, recipere *Migne* 32 fecisse] recipere *Migne* 33 in] *om. Migne* 36 eos] *om. Migne* 37 Chalcedonensis L *Schwartz* 38 eis *Migne* 40 defensione] *restitui*, definitionem L, post defensionem *Migne*, post definitionem *Schwartz* (*cum Cocbl.*) est] *om. Migne*.

II. 28/31 *beatus ... proferens*] cf. infra, lin. 65/68.

encyclia — contradicentium ora obstruere, et prauo-
rum nouas adinventiones atque calumnias dissipare.

III. (4.) Quorum etiam nos exempla sequentes, his, qui
45 errorem propriae impietatis quasi ex auctoritate synodi con-
firmare nituntur, et uerba simpliciter atque integre a sanctis
patribus edita ad suam prauitatem conantur retorquere,
compulsi sumus, sanctorum uirorum probatissimorumque
doctorum sententiis armati, occurrere, et impias assertiones
50 eorum per dei gratiam refutare, euidenter arguentes eos a fide
sanctorum patrum eiusdemque concilii esse penitus alienos.
(5.) Quid enim? : contra synodum et non magis pro synodo
est, si contra inimicos Chalcedonensis concilii, qui eam contra
sanctorum patrum fidem uenisse calumniantur, sanctorum
55 uirorum, qui ante ipsam in ecclesia claruerunt, sententias
proferentes, docuerimus : nihil nouum aut sanctorum patrum
fidei contrarium a memorato fuisse concilio statutum? —
praesertim cum incipientes beatissimi patres, qui in ipsa
synodo conuenerunt, sensum propriae fidei explanare ita de
60 se manifesta uoce testentur, dicentes : *Sequentes igitur* et nos
sanctissimos patres, confitemur et cetera.

IV. (6.) Qui autem retractationem concilii esse iudicant,
contra haeticorum nouas adinventiones quippiam ex libris

II. 42 *contradicentium ora obstruere*] cf. Ps. 62, 12; Rom. 3, 19.

III. 45/46 *confirmare nituntur*] cf. TRIPOL., Epist. ad Faust., 7 [CC 85, p. 140, 79]
(*confirmari conantur*). 58/59 *qui ... conuenerunt*] cf. DIONIS. EXIG., Praef. 2b, 4 [CC
85, p. 41, 63/64] (*qui ... conuenerunt*). 60/61 CONCIL. CHALCED., Actio V, Definitio
fidei, 34 [ACO II, I-2, p. (325) 129, 23]; Versio antiqua, 34 [ACO II, III-2, p. (396)
137, 23].

III. 45 quasi] *om. Migne* 58 Chalcedonensis L. Schwartz eum Migne
60 dicentur L. (et nos] *om. Concil.Chalced., II.cc.*) ; (cf. *infra*, lin. 106) 61
(sanctissimos] *ἀγίους* = sanctos *Concil.Chalced., II.cc.*) ; (cf. *infra*, lin. 106) (con-
fitemur] *ὁμολογεῖν* ... = confiteri *Concil.Chalced., II.cc.* [*sed ὁμολογοῦμεν* ... =
confitemur K²]) ; (cf. *infra*, lin. 107).

IV. 63 ex] in Migne

42 *contradicentium ora obstruere*] cf. SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (1), 2 [CC 91A,
p. 551 = *infra*, p. 158, 28] (*iniqua loquentium ora obstruere*).

III. 48/49 *sanctorum ... sententiis armati*] cf. SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (1), 2
[CC 91A, p. 551 = *infra*, p. 157, 26/27] (*sanctorum ... auctoritate muniti*).

proferre sanctorum <patrum> aut id quod conuenienti ratio-
 65 ne collectum fuerit, primo arguant beatum Cyrillum, qui
 (sicut superius edocuimus) perfecto et firmo sanctorum pa-
 trum manente symbolo, ad destruendam impiam interpreta-
 tionem Nestorii, diuersorum patrum sententias protulit, et
 beatum Leonem, qui similiter sanctorum patrum testimoniis
 70 statuta uenerabilis Chalcedonensis synodi cum fide patrum
 conuenire docuit; et tum demum nos quasi retractatores
 concilii arguere poterunt, qui per sanctorum patrum bene
 prolatas sententias refellimus haeticorum fallaciam. (7.) Ne-
 mo enim recte reprehenditur retractare synodum, nisi qui, de
 75 ipsius statutis iudicans, non pro ipsa sed contra ipsam, patrum
 proferre tentat sententias, sicut haeretici faciunt. Qui autem,
 non contra ipsam sed pro ipsa, patrum sententias proferunt,
 defensores sunt, non retractatores, concilii. Frustra ergo
 omnino nos synodum retractare arguunt, quos uident, non
 80 contra ipsam sed pro ipsa, patrum proferre sententias — quia
 synodus, alteram fidem aut mathema, praeter sanctorum
 patrum, tradere, his, qui ad catholicam fidem confugiunt,
 prohibuit; non autem, haeticorum prauitati aut eis, qui
 sensum eius moliantur corrumpere, rationabilibus documen-
 85 tis, uetuit, obuiare. (8.) Vnde superfluum est etiam illud, quod
 nobis obicitur, quia, quod synodus non dicit, nullatenus dici
 debere: quia multa sunt quae non dicuntur a synodo nec in
 ulla scriptura canonica, et tamen, cum ratio postulauerit, ea
 nullatenus proferre ambigimus, sicut est: trinitas; aut cum

IV. 81/83 *alteram ... prohibuit* cf. CONCIL. CHALCED., Actio v, Definitio fidei, 34 (sanctio) [ACO II, 1-2, p. (326) 130, 5/9]; Versio antiqua, 34 (sanctio) [ACO II, III-2, p. (397) 138, 6/10]. 84 *moliantur corrumpere* cf. DIONIS. EXIG., Praef. 7, 1 [CC 85, p. 63, 8] (*molitur euertere*). 85 *obuiare* cf. DIONIS. EXIG., Praef. 7, 3 [CC 85, p. 64, 39] (*obuiamus*). 87/90 *nec in ulla scriptura ... ingenuus* cf. AVG., De trin., XV, XXVI, (47) [CC 50A, p. 528, 110/112] (*pater ... ideo solus appellatur ingenuus, non quidem in scripturis sed in consuetudine disputantium*). 88 *cum ratio postulauerit* cf. DIONIS. EXIG., Praef. 7, 3 [CC 85, p. 64, 32] (*cum ratio poposcerit*).

64 patrum] *suppleui* (cf. ex.gr. *supra*, lin. 7.30 et *infra*, lin. 72.75.77.80), om. L Migne^o, uirorum *suppl.* Schwartz (cf. *supra*, lin. 54/56) 66 firmo] primo Migne^o
 70 Chalcedonensis L Schwartz 73 repellimus Migne^o 74 reprehendatur
 Migne^o 79 synodo L 81 mathemata Migne^o 85 uetuit] uelit Migne^o

IV. 65/68 *beatum ... protulit* cf. *supra*, lin. 28/31. 84 *moliantur corrumpere* cf. *supra*, lin. 7. 85 *obuiare* cf. *supra*, lin. 8.

90 de patre dicimus quia : ingenitus est ; et alia plura. *Nec enim in rebus considerandum est*, sicut dicit beatissimus Augustinus, *quid uel sinat uel non sinat dici usus sermonis nostri, sed quis rerum ipsarum intellectus eluceat.*

(LIBELLVS FIDEI)

V. (9.) His ita se ha<be>ntibus, beatissimi, ad expurgandam et auferendam ab omnium animis suspicionem (sicut iam superius praefati sumus), nunc iam qualiter de incarnatione tantum dominica sentiamus, siue quid de gratia dei — non qua creamur, sed de ea qua recreamur — sapiamus, necessario uobis credidimus facere manifestum, quia nulla nobis est nunc de filii dei diuinitate, *qua constat et unitus est patri et spiritui sancto*, dubietas. Si quid ergo in hac satisfactione fidei nostra contrarium catholicae fidei aut sanctorum patrum traditionibus uestra sanctitas iudicauerit, instruere et emendare dignetur ; si autem conuenientem, propria auctoritate firmare.

90/93 Avg., De trin., V, vii, (8) [CC 50, p. 213, 12/14].

V. 101 Procl., De fide, III (deperd.).

V. 101 item, sed ex alia uersione : INNOC. MARON., De his qui unum ex trinitate I.C. dubitant confiteri, 27 ("sancti Procli ex sermone de fide") [ACO IV, II, p. 73, 14/15] ; ex quo : IOAN. II, Epist. ad senat., 12 ("item eiusdem") [ACO IV, II, p. 208, 6].

90 (Nec) non Aug., l.c.) 91 (est in rebus considerandum ~ Aug., l.c.).

V. 94 hantibus L 94/95 expurgandam] rest. Schwartz (ut supra, lin. 11/12), expugnandam L Migne^o 98 de^a] om. Migne^o 99 credimus Migne^o (cf. supra, lin. 10, et infra, lin. 364) 100 est] om. Migne^o 102 nostrae Migne^o.

V. 94 His ... beatissimi] cf. infra, lin. 361. 90/90 nunc iam ... sapiamus] cf. infra, lin. 361/363. qualiter ... sentiamus ... de gratia dei ... qua recreamur] cf. SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (vi), 14 [CC 91A, p. 557 = infra, p. 165, 197/198] (qualiter de Christi gratia sentiamus qua ...). 90/98 de incarnatione ... gratia dei] cf. SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (i), 1 [CC 91A, p. 551 = infra, p. 157, 8/9] (de incarnatione et dispensatione diuina). 90/100 necessario ... manifestum] cf. infra, lin. 363/364 ; SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (i), 1 [CC 91A, p. 551 = infra, p. 155, 7/12] (pernecessarium ... credimus ... suggerere). 102/104 catholicae fidei aut ... traditionibus ... conuenientem] cf. SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (i), 2 [CC 91A, p. 157 = infra, p. 157, 24/25] (catholicae fidei conueniens et ... traditionibus).

(DE INCARNATIONE DOMINICA)

VI. (10.) Igitur sequentes in omnibus fidem sanctorum patrum, confitemur unum eundemque filium dei, dominum nostrum Iesum Christum, perfectum eundem in diuinitate, perfectum eundem in humanitate; deum uerum, et hominem uerum eundem ex anima rationali et corpore; <h>omousion patri secundum diuinitatem, <h>omousion nobis eundem secundum humanitatem, per omnia nobis similem absque peccato; ante saecula quidem a patre natum secundum diuinitatem, in nouissimis autem diebus eundem propter nos et nostram salutem ex Maria uirgine <dei> genetrice secundum humanitatem: unum eundemque Christum, filium dominum unigenitum, in duabus naturis inconfuse, incommutabiliter, indiuisae, inseparabiliter cognoscen-

VI. 112 per ... peccato] cf. Hebr. 4, 15.

VI. 106/124 CONCIL. CHALCED., Actio V, Definitio fidei, 34 [ACO II, I-2, p. (325) 129, 23 - (326) 130, 3]; Versio antiqua, 34 [ACO II, III-2, p. (396) 137, 23 - (397) 138, 5] 107/123 confitemur ... erudiuit] item, sed ex alia uersione: Form. Libell. fid., 2 [CC 85, p. 152, 54 - 154, 99].

VI. inscr. EIVSDEM (scil. 'Ioannis Maxentii') DE CHRISTO PROFESSIO Migne^o 106 (sequentes igitur ~ Concil.Chalced., II.cc.) ; (cf. supra, lin. 60) (in omnibus) om. Concil.Chalced., II.cc.) 106/107 (fidem sanctorum patrum] τοῖς ἁγίοις πατέρας = sanctos patres Concil.Chalced., II.cc.) ; (cf. supra, lin. 61) 107/108 (confitemur ... Christum] ὁμολογεῖν ... Χριστόν συμφώνως πάντες ἐκδιδάσκουμεν = confiteri ... Christum consonanter omnes docemus Concil.Chalced., II.cc., sed ὁμολογοῦμεν ... Χριστόν = confitemur ... Christum Concil.Epbes., II.cc.) ; (cf. supra, lin. 61) 107 (unum eundemque confit. filium ~ Concil.Chalced., II.cc.) (dei] om. Concil.Chalced., II.cc.) 108 (eundem perfectum¹ ~ Concil.Chalced., I.c. uers. antiq.) (diuinitate] θεότητι = deitate Concil.Chalced., II.cc.) 108/109 (eundem perfectum² ~ Concil.Chalced., I.c. uers. antiq.) 109 (uerum¹⁻²] ἀληθῶς¹⁻² = uere¹⁻² Concil.Chalced., II.cc.) 110 rationale L omousion L Schwartz, (consubstantialem Concil.Chalced., I.c. uers. antiq.) 111 (diuinitatem] θεότητα [καθ'] = deitatem et Concil.Chalced., II.cc.) omousion L Schwartz, (consubstantialem Concil.Chalced., I.c. uers. antiq.) 112 nobis] om. Migne^o 113 a) de Migne^o (Concil.Chalced., I.c. uers. antiq. = ἐκ γενε:) (natum] γεννηθέντα = genitum Concil.Chalced., II.cc.) (diuinitatem] θεότητα = deitatem Concil.Chalced., II.cc.) 114 (et] add. διὰ = propter Concil.Chalced., II.cc.) (salutem nostram ~ Concil.Chalced., I.c. uers. antiq.) 115 dei genetrice] ita Migne^o Schwartz (cum Cochl.) (Concil.Chalced., II.cc.) (om. dei) genetricem L 116 dominum] dei Migne^o duas naturas Migne^o 117 (incommutabiliter] ἀτρέπτως = inmutabiliter Concil.Chalced., II.cc.) 117/118 (cognoscendum] γνωρίζομενον = agnoscendum Concil.Chalced., II.cc.)

VI. 106/107 sequentes ... patrum] cf. SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (1), 2 [CC 91A, p. 551 = infra, p. 158, 28/29] (in fide sanctorum patrum perseverantes).

dum, in nullo naturarum diuersitate propter unitatem perimenda, sed salua potius proprietate utriusque naturae, <et> in una
 120 *persona unaque subsistentia concurrente, non in duabus personis partiendum aut diuidendum, sed unum <et> eundem filium unigenitum deum uerbum, dominum Iesum : sicut ab initio nobis prophetae de eo, et ipse nos Christus erudiuit, et patrum tradidit symbolum.*

125 *VII. (11.) Has igitur duas naturas dei uerbi, domini nostri Iesu Christi — hoc est diuinitatis et humanitatis —, naturaliter siue substantialiter — secundum traditionem patrum — credimus et confitemur unita(s), eo quod natura inuiolabilis dei uerbi, naturae est unita passibili, beato Athanasio dicente :*
 130 *Verbum caro, non caro uerbum factum est. Verbum autem caro factum dicitur : quia uerbi facta est caro, et non alicuius hominis ; hoc est : deus homo factus est, et dicitur caro, ne praetereatis*

VII. 130/131 Ioh. 1, 14.

VII. 130/134 (ps.-) ATHAN., De incarn. d.n.I.C. (contra Apollinarium), I, 10 [PG 26, col. 1109^a] — (cf. Altaner, ['Athanas.'], BZ 41, p. 55 sq. = TU 83, p. 404 ; Id., 'Skyth.', HJ 72, p. 574 sq. = TU 83, p. 497 sq.).

118/119 (in nullo n. diuersitate p. u. perimenda] οὐδαμοῦ τ. τ. φ. διαφορᾶς ἀνηρημένης δ. τ. ζ. = nusquam sublata differentia n. p. u. *Concil.Chalced., II.cc.)* 118 diuersitatem L. *Migne*^a (unitatem] ἐνωσιν = unionem *Concil.Chalced., II.cc.)* 118/119 perimendam L. *Migne*^a 119 sed] om. *Migne*^a (sed s. potius] σ. δὲ μᾶλλον = magisque s. *Concil.Chalced., II.cc.)* et] *suppleui* (iuxta *Concil.Chalced., II.cc.)*, om. L. *Migne*^a Schwartz 119/120 (eis ἐν πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν = in unam personam atque subsistentiam *Concil.Chalced., II.cc.)* 120 duas personas *Migne*^a (iuxta *Concil.Chalced., II.cc.)* 121 patiendum aut diuidendum *Migne*^a, (μεριζόμενον ἢ διαριζόμενον = partitum siue diuisum *Concil.Chalced., II.cc.)* et eundem] restitui (iuxta *Concil.Chalced., II.cc.)*, eundem L., eundemque *Migne*^a Schwartz 122 (Iesum] add. Χριστόν = Christum *Concil.Chalced., II.cc.)* (ab initio] ἀνωθεν = ante *Concil.Chalced., II.cc.)* (nobis = ἡμῖν] post patrum, lin. 123, tr. *Concil.Chalced., II.cc.)* 123 prophetae] add. dixerunt *Migne*^a eo] deo *Migne*^a (nos] add. Ἰησοῦς = Iesus *Concil.Chalced., II.cc.)* 123/124 et^a ... symbolum] om. *Migne*^a (symbolum tradidit ~ *Concil.Chalced., I.c. uers. antea*).

VII. 127 siue substantialiter] om. *Migne*^a traditionem] add. sanctorum *Migne*^a 128 unita L. eo quod] eoque *Migne*^a 129 beato] beatissimo simul atque doctissimo *Migne*^a

VII. 125/128 igitur ... unitas] cf. MAXENT., Capit., α' (1) [infra, p. 29, 1/4] ; MAXENT., Resp. c. aceph., II, (3) [infra, p. 44, 23/26] ; SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (II), 3 [CC 91A, p. 552 = infra, p. 158, 33/36]. 120/128 naturaliter ... unitas] cf. MAXENT., Capit., γ' (3) [infra, p. 29, 12/14] ; SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (III), 5 [CC 91A, p. 552 = infra, p. 159, 60/61].

- carnis nomen. Cur ergo non sufficit uobis naturalis unio uerbi ad propriam carnem, et quia deus homo factus est ?*. His congrue
 135 beatus Cyrillus ad Nestorium : *Non enim inquit dicimus : quod dei natura conuersa aut immutata facta sit caro, uel quod in totum hominem — qui est ex anima et corpore — transformata sit ; sed illud magis : quod carnem animatam anima rationali sibi copulauerit uerbum substantialiter, <et> ineffabiliter <et>*
 140 *incomprehensibiliter factus sit homo et nuncupatus sit filius hominis ; nec nuda tantum uoluntate nec assumptione personae, sed quod diuersae quidem naturae in unum conuenerint : unus tamen ex utraque Christus et filius, non euacuata aut sublata naturarum diuersitate propter unionem.*
 145 **VIII. (12.)** Horum igitur sanctorum patrum doctrinam sequentes, abominamur omnia eorum deliramenta : qui filium filio copulatum, aut dominum domino, aut alterum inhabita(n)tem in altero, aut alterum alteri confitentur unitum secundum affectum aut gratiam aut dignitatem aut aequalem
 150 honorem siue auctoritatem, aut secundum conuncupationem aut concordiam aut illustrationem, siue secundum inoperationem, aut personalem factam credunt unionem, beato

135/144 CYRILL. ALEXANDR., Epist. IV (ad Nestorium), <3> [PG 77, col. 45^{a-c}], in CONCIL. EPHES., Coll. Vaticana, IV, 3 [ACO I, I-1, p. 26, 25 - 27, 3] ; Versiones latinae : Coll. Veronensis, XIV, 3 [ACO I, II, p. 38, 29] ; Coll. Casinensis, VI, 3 [ACO I, III, p. 21, 5/12] ; Coll. Palatina, XXVI (transl. MAR. MERCAT.), 3 [ACO I, V-1, p. 50, 14/22] ; Coll. Quesneliana, LXVI, 3 [ACO I, V-2, p. 338, 25/31] ; — in CONCIL. CHALCED., Gesta actionis primae, 240 [ACO II, I-1, p. 105, 12/18] ; Versio antiqua, 240 [ACO II, III-1, p. 83, 11/19] ; e.a. (cf. ACO IV, III-1, p. 171 sq.).

VIII. 147/150 copulatum ... honorem siue auctoritatem] cf. DIONIS. EXIG., Praef. 6, 2 [CC 85, p. 60, 38/45].

133 nobis Migne^a 135 beatus] sanctissimus theologus Migne^a 136 (aut immutata] om. Cyrill., l.c.) 138 quod] add. cum Schwartz (contra text. Cyrilli, l.c.) anima rationale L, et animam rationalem Migne^a 139 uerbum] add. et filius dei Migne^a substantialiter et ineffabiliter et] restitui (iuxta Cyrill., l.c.), substantialiter ineffabiliter (fort. ex -it a ... it a male compact.) L Schwartz, subsistentia-
 144 unionem Migne^a.

VIII. 147 aut dominum domino] om. Migne^a 147/148 inhabitatem L 148 aut alterum] alterum autem Migne^a

134/135 His congrue beatus] cf. SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (VIII), 27 [CC 91A, p. 561 = infra, p. 171, 343] (His congrue beatissimus) ; infra, p. 21, 334/335.

VIII. 146/148 cf. SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (IV), 10 [CC 91A, p. 556 = infra, p. 163, 158/159]. 149/152 secundum ... unionem] cf. MAXENT., Capit., γ' (3) [infra, p. 29, 14/16] ; SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (III), 5 [CC 91A, p. 553 = infra, p. 160, 67/71].

Cyrillo in capitulo tertio contra Nestorium dicente : *Si quis in uno Christo diuidit substantias post unitatem, sola eas societate conectens secundum dignitatem aut auctoritatem aut potentiam, et non magis conuentu ad unitatem naturalem, anathema sit.* Similiter beatus Gregorius in epistula ad Cledonium : *Si quis inquit sicut in propheta secundum gratiam dicit inoperasse deum uerbum, et non substantialiter factam confitetur uniti-*
 155 *nem, sit uacuu melioris inoperationis, magis autem et plenus deterioris. (13.)* Vnam uero duarum naturarum subsistentiam siue personam, quam nobis ueneranda Chalcedonensis synodus tradidit, nullius alterius nisi dei uerbi incarnati et hominis facti confitemur ; propter quod nec illam sententiam, quam
 165 quasi contrariam quidam synodo aestimant, id est, unam naturam dei uerbi incarnatam, auertimur, quia nihil aliud nisi unam subsistentiam siue personam in duabus naturis docet unitis. Vnde et beatus Flauianus, huius urbis episcopus, in libello, quod de fide sua Theodosio dedit imperatori, ad
 170 excludendos eos, qui, sicut duas naturas, ita duas praedicant subsistentias, unam dei uerbi naturam incarnatam confiteri

158/157 CYRILL. ALEX., Epist. xvii (ad Nestorium), anath. γ' [PG 77, col. 120^o], in CONCIL. EPHES., Coll. Vaticana, vi, 12, anath. γ' ; cxlviii, 10, anath. γ' ; clxix, 22 [ACO I, i-1, p. 40, 28/30 ; I, i-5, p. 18, 21/23 ; I, i-6, p. 116, 10/12] ; Versiones latinae : Coll. Veronensis, xvii, 12, anath. iii [ACO I, ii, p. 50, 38/40] ; Coll. Casinensis, viii, 12, anath. iii [ACO I, iii, p. 34, 1/3] ; Coll. Palatina, xxxvii, anath. γ' ; xxxix, 19, anath. iii ; xl, 20, anath. iii ; lvi, anath. iii [ACO I, v-1, p. 73, 30/32 ; p. 120, 10/12 ; p. 147, 15/17 ; p. 183, 1/3] ; Transl. DIONIS. EXIG., 12, anath. iii [ACO I, v-2, p. 243, 4/6 ; PL 67, col. 17^e] ; e.a. (cf. ACO IV, iii-1, p. 172 sq.). 154/155 *societate conectens secundum dignitatem aut auctoritatem* cf. DIONIS. EXIG., Praef. 6, 2 [CC 85, p. 60, 38/45] (*coniunctionem quandam et societatem ... dignitate quadam et auctoritate*). 157/161 GREG. NAZ., Epist. ci (ad Cledonium, contra Apollinarem), 22 [PG 37, col. 180^a ; SChr 208, p. 46, 3/6], in CONCIL. EPHES., Coll. Vaticana, liv, 14 [ACO I, i-2, p. 44, 1/2] ; Coll. Veronensis, xvii, 25 [ACO I, ii, p. 57, 13/15] ; Coll. Casinensis, xxiv, 89 [ACO I, iii, p. 73, 1/3] ; Coll. Palatina, xxxviii, 20 [xiv] [ACO I, v-1, p. 94, 8/9] ; e.a. (cf. ACO IV, iii-1, p. 243 sq.).

157 Didonium Migne^o 158 (deum uerbum) *om. Greg., l.c.* 162 Chalcedonensis L Schwartz 163 incarnatio L 165 synode L 166 auertimus Migne^o 168 quod] quem Migne^o sua] *om. Migne^o* Theodosio dedit imperatori] Theodosius imperator Migne^o

158/157 cf. SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (iii), § [CC 91A, p. 553 = infra, p. 160, 72/76] ; SCYTH. MON., Disput. xii capit., γ' [infra, p. 201, 156/159]. 157/161 cf. SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (iii), § [CC 91A, p. 553 = infra, p. 159, 63/67]. 161/168 cf. MAXENT., Capit., α' (1) [infra, p. 29, 4/6] ; MAXENT., Resp. c. aceph., ii, (3) [infra, p. 44, 25/26] ; SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (ii), § [CC 91A, p. 552 = infra, p. 158, 36/43].

non dubitauit, dicens : *Etenim ex duabus naturis Christum post incarnationem ex uirgine sancta siue post assumptam naturam humanam, in una subsistentia siue persona, unum Christum, unum filium, unum dominum confitemur ; et unam quidem naturam dei uerbi incarnata(m) non renuimus confiteri.*

IX. (14.) Quapropter impie quidam, personam quidem homini, subsistentiam uero deo uerbo credunt a synodo deputatam : non quo nesciant apud synodum idipsum esse
 180 subsistentiam quod et personam, sed ne aperte uideantur duas subsistentias aut duas personas introducere, hoc pessimo abutuntur argumento. Nos autem, unum et idem sentientes subsistentiam esse quod et personam, non dicimus trinitatem in Christo inhabitare — sicut Theodori Mopsuesteni et Nestorii
 185 sectatores, quasi quod extra trinitate(m) sit Christus —, sed deum uerbum unigenitum filium patris, dominum nostrum Iesum Christum, qui pro nobis passus est carne, unum de tribus subsistentiis unius deitatis credimus esse. Nec enim uerendi sunt hi, qui nos reprehendere tentant — dicentes : eo
 190 quod trinitatem diuidere est, Christum dicere 'unum de trinitate' —, cum et *ex trinitate*, et, quod amplius est, *unus trium*

173/176 FLAVIAN., Rescriptum de fide (ad Theodosium imperatorem), in CONCIL. CHALCED., Epistularum Coll. H, 1 [ACO II, 1-1, p. 35, 17/21] ; Versiones latinae : Epistularum ante gesta Coll., 1 [ACO II, III-1, p. 5, 17/20] ; Coll. Sangermanensis, Liberati Breuiarium, XI [ACO II, v, p. 116, 30/34].

IX. 183/184 cf. THEOD. MOPS., De incarn., 7 [PG 66, col. 976]. 190/192 *Christum ... Augustino* cf. IVSTINIAN., Epist. ad Hormisdam, dd. 9.VII.520 (= Hormisd., Epist. CXX, 3 [in Coll. Auellana = Epist. CXCVI, 6]) [ed. Thiel, Epist., p. 922, 9/15] ; CSEL 35-2, p. 656, 12/19]. 191 *ex trinitate* AVG., De trin., II, IX, (16) ; II, X, (19) ; II, XV, (26) ; II, XV, (26) ; III, PROOEM., (3) [CC 50, p. 101, 56/57 ; p. 106, 112 ; p. 114, 47 ; p. 115, 67 ; p. 130, 83], apud [DIONIS. EXIG.], Exempla ss. patr., 1.3.4.5.6.7 [CC 85, p. 85, 4 ; p. 86, 20.23/24.31.36 ; p. 87, 44]. *unus trium* AVG., Enchir., XII, 38 [CC 46, p. 71, 23], apud [DIONIS. EXIG.], Exempla ss. patr., 20 [CC 85, p. 90, 124].

VIII. 173/176 item, sed ex alia uersione : INNOC. MARON., Epist. de collatione cum Seuerianis habita, 34 [ACO IV, II, p. 175, 12/15].

172 ex] ita L (Concil. Chalced., II. cc.) [sed &v = in Epist. coll. H, l. c. add. M 8)] 176 incarnata L non] unde Migne^o.

IX. 177 quidam (Cocbl.) quidem L 179 quod Migne^o 180 persona Migne^o 184 sicut] add. consueuerunt Migne^o theothoriani psteni L, Theodori Mopsuesteni Migne^o, Theodori Mampsuesteni Schwartz 185 quod] quid Migne^o trinitate L 188 diuinitatis Migne^o esse credimus ~ Migne^o 189 eo] Ego (Nego ?) Migne^o 191 et¹] om. Migne^o

IX. 186/188 *dominum ... esse* cf. MAXENT., Capit., 8' (4) [infra, p. 29, 17/20] ; SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (rv), 8 [CC 91A, p. 555 = infra, p. 162, 128/132].

a beato dictum sit Augustino. (15.) Denique in libro enchiridii, dum ageret de id quod dictum est *natum deum uerbum ex spiritu sancto et Maria uirgine*, inter cetera ait : *Sed, cum illam*
 195 *creaturam, quam uirgo concepit et peperit, quamuis ad solam filii personam pertinentem, tota trinitas fecerit — neque enim separabilia sunt opera trinitatis — : cur in ea facienda solus spiritus nominatus est ? An, et quando unus trium in aliquo opere nominatur, uniuersa opera intelleguntur trinitatis ?*
 200 (16.) Rursus, in libro secundo de trinitate : *Virum inquit indiscrete deus apparuerit patribus nostris antequam Christus ueniret in carne, an aliqua ex trinitate persona, an singillatim quasi per uices appareat ?* ; et iterum, post pauca : *Neque hic ergo inquit euidenter apparet utrum aliqua ex trinitate persona,*
 205 *an dominus ipse trinitas — de quo dictum est : Dominum deum tuum adorabis et illi soli seruias — uisus est Abrahae.*

X. (17.) Sed his paulo manifestius beatus Proclus, huius urbis episcopus — quem etiam ueneranda recepit synodus Chalcedonensis —, ad Armenios, cum contra Theodori blasphemias, qui quaternitatem pro trinitate *<im>*pie dogmatizauit, petitus ab ipsa gente, scriberet, eiusdemque blasphemias

IX. 205/206 Deut. 6, *13 ; 10, *20 ; Matth. 4, 10 ; Luc. 4, 8.

193/194 Avg., Enchir., XII, 38 [CC 46, p. 71, 10/11]. 194/199 Avg., Enchir., XII, 38 [CC 46, p. 71, 19/24], apud [DIONIS. EXIG.], Exempla ss. patr., 20 [CC 85, p. 90, 120 - 91, 125]. 200/203 Avg., De trin., II, IX, (16) [CC 50, p. 101, 55/57], apud [DIONIS. EXIG.], Exempla ss. patr., 3 [CC 85, p. 86, 19/21]. 203/206 Avg., De trin., II, X, (19) [CC 50, p. 106, 112/115], apud [DIONIS. EXIG.], Exempla ss. patr., 4 [CC 85, p. 86, 23/26].

X. 200 ad Armenios] non exstat in PROCL., Tom. ad Armen. ; fort. in De fide, III (deperd.) : scil. in "his quae de ratione fidei conscripsit" [ACO IV, II, p. 73, 29].

193 id] eo Migne^o (natum deum uerbum ex] de deo deus, homo autem natus est de Aug., l.c.) 194 (et] add. de Aug., l.c.) 199 (personam filii ~ Aug., l.c. ; Exempl.ss.patr., l.c.) 198 spiritus] Christus Migne^o ; (add. sanctus Aug., l.c. ; Exempl.ss.patr., l.c.) in] om. Migne^o 199 uniuersae Migne^o opera intelleguntur trinitatis] restitui (iuxta Aug., l.c.^{cod. A} ; opera trinitatis intelleguntur), opera intellegitur trinitatis L Migne^o Schwartz, (operari trinitatis intellegitur Aug., l.c.^{coll. eod.} ; opera trinitas intellegitur Exempl.ss.patr., l.c.^{cod. A}) 203 (appareat] om. Aug., l.c. ; Exempl.ss.patr., l.c.) 205 (dominus] deus Aug., l.c. ; Exempl.ss.patr., l.c.) (quo] add. uno deo Aug., l.c. ; Exempl.ss.patr., l.c.) 206 est] fuerit Migne^o (iuxta Aug., l.c. ; Exempl.ss.patr., l.c.).

X. 200 Chalcedonensis L Schwartz 210 qui] quam (fort. quando) Migne^o impie (Cochl.) pie L 211 peteretur Migne^o gente] add. ut Migne^o

refutaret, de hac sententia est locutus, dicens : *Sed sciscitaris me fortassis illum nouicium uanumque sensum seu uaniloquium, dicens quia : Qui confitetur eum, qui crucifixus est, Christum*
 215 *deum, et patrem et spiritum sanctum crucifixum confitetur, si una est trinitatis natura. Ego autem e contrario obicio tibi, et quaero : Vnus ex trinitate est, qui crucifixus est, an alius aliquis ex<tra> trinitate<m> ? : et si quidem unus, solutum est iurgium ; si autem alius aliquis, praeter trinitatem quartus est sine dubio*
 220 *gloriae dominus, et ab illa glorificatione, qua seraphim glorificant, existit extraneus — illa autem animalia trinitatem laudant, et unitatem confitentur. Hoc autem si non mendaciter docet uox illa : quomodo quartus, quos non plasmauit, saluauit ; aut chirographum peccatorum destruxit in cruce, qui non habet*
 225 *potestatem peccata dimittere si non est, secundum te, deus ?.* (18.) Et iterum post aliquanta : *Si autem proferas mihi inquit dicens quia : Qui confitetur crucifixum deum filium, et patrem et spiritum crucifixum confitetur, super aquam scribis et super arenam aedificas. Attende igitur catholicae fidei neruos, et*
 230 *abluere impudentiam tuam. Quid enim est, quod nos sapimus ? In hac ipsa essentia, qua constat et unitus est filius patri et spiritui, non dicimus eum passum, sed carne, qua ex nobis et pro nobis est factus. Non autem alius est factus, nisi unus de trinitate ; et crucifixus est carne, qua factus est ; et non est passus*
 235 *diuinitate, qua unitus est patri et spiritui, ut et ipsos con-crucifixos dicamus. Si autem diceremus eum diuinitate crucifixum, reuera in trinitate passionem induceremus ; si autem dicimus quod in carne sua passiones uerbum suscepit, confitemur quia et*

X. 220/221.221/222 *glorificationes ... glorificant. illa ... confitentur*] cf. Is. 6, 2-3. 224/225 *qui ... deus*] cf. Marc. 2, 7 ; Luc. 5, 21.

212/225 PROCL., De fide, III (deperd.). 220/240 PROCL., De fide, III (deperd.).

X. 212/225 *Sed ... dimittere*] item, sed ex alia uersione : INNOC. MARON., De his qui unum ex trinitate I.C. dubitant confiteri, 26 ("ex libro tertio de fide") [ACO IV, II, p. 73, 2/11]. 220/240 *Attende ... mansit*] item, sed ex alia uersione : INNOC. MARON., De his qui unum ex trinitate I.C. dubitant confiteri, 27 ("s. Procli ex sermone de fide") [ACO IV, II, p. 73, 13/21] ; ex quo (inde a lin. 230 *Quid*, usque ad lin. 236 *dicamus*) : IOAN. II, Epist. ad senat., 12 ("item eiusdem") [ACO IV, II, p. 208, 5/9] — (cf. Richard, 'Procl.', p. 325 adnot. 6.7).

218 uaniloquum *Migne* 218 extra trinitatem (*Cochl.*) ex trinitate L 218/
 219 et si ... trinitatem, in marg. L 220 serafin L *Schwartz* 228 crucifixum]
 sanctum *Migne* scribes L 230 imprudentiam *Migne* 233 quae *Migne*

unus est de trinitate, qui passus est, et trinitatis natura impassibilis mansit. (19.) Et iterum : *Si autem incarnatus inquit non esset passus, haberet fortassis rationem uersutissima obiectio ; si autem incarnatus passus est, euidenter — quoniam causa incarnationis est crux — hoc crucifixum est, quod incarnatum est. Si autem, quod incarnatum est, crucifixum est, pater autem, et* 245 *spiritus non est crucifixus : unus ergo de trinitate est crucifixus. Diuinitatem uero, qua communicat patri et spiritui, seruauit impassibilem ; carne autem, qua ipse solus est factus, ipsa et solus idem ipse est passus.*

XI. (20.) Quapropter, si quis hanc huius beatissimi patris 250 *super splendorem solis lucentem sententiam reprehendere audet : unam totius trinitatis subsistentiam — id est patris et filii et spiritus sancti — manifeste cum Sabellio credere deprehenditur. Quia, si (secundum ipsos) quicumque dixerit 'unum ex trinitate' Christum, qui pro nobis est carne passus,* 255 *diuisionem facere deprehenditur trinitatis : ergo et quicumque 'deum ex deo' dixerit, diuisionem efficit deitatis. Quod si 'deum ex deo' dicere, diuisionem non facit deitatis — praesertim cum una sit deitas trinitatis — : multo magis 'unum ex trinitate' dicere, diuisionem non facit trinitatis — quia non* 260 *secundum id, quod unus est deus et una deitas es(t) trinitatis, sed secundum id, quod tres sunt, id est pater et Christus et spiritus sanctus : unus est Christus de trinitate, qui pro nobis passus est carne. (21.) Verum, si uellent aduertere hi — qui hanc totius ecclesiae uocem, et apostolicis traditionibus con-* 265 *uenientem, temere audent reicere —, quomodo 'unus deus trinitas', et quomodo 'deus ex deo', et 'unus ex uno', nullate-*

240/248 PROCL., De fide, III (deperd.).

XI. 251 *unam ... subsistentiam* cf. DIONIS. EXIG., Praef. 7, 5 [CC 85, p. 65, 69/70] (*est autem una substantia trinitatis*). 253/255 *dixerit unum ex trinitate ... diuisionem ... trinitatis* cf. DIONIS. EXIG., Praef. 7, 3 [CC 85, p. 64, 28/29] (*unum ... ex ... trinitate ... diuisionem trinitati*).

240/248 item, sed ex alia uersione : INNOC. MARON., De his qui unum ex trinitate I.C. dubitant confiteri, 27 ("s. Procli ex sermone de fide") [ACO IV, II, p. 73, 21/27].

239 et] de (et) Migne° 244 crucifixus L 248 ipse] om. Migne°.

XI. 252 scabellio L 256 dixerit] dicere Migne° 257 deitatis] diuinitatis Migne° 258 deitas] diuinitas Migne° 260 deitas est] rest. Schwartz, deitatis L, diuinitas Migne° 262 est] rest. Schwartz, dñ L, deus Migne° Christus] add. dicit (dicitur) unus Migne° 265 reicere] rest. Schwartz, resistere L, reprehendere Migne° 265.266 quomodo] quoniam Migne°

nus dubitarent dicere : 'unum ex trinitate' Christum, qui pro nobis passus est carne — quia, si non trinitatem quae 'unus est deus', sed deum qui substantialiter 'ex deo est' genuit secundum carnem uirgo Maria : sine dubio 'unus ex trinitate' est, qui secundum carne(m) ex ipsa natus est. Aut ergo confiteantur hi — qui hanc uocem putant catholicae fidei esse contrariam — : 'deum qui est trinitas, natum ex femina' ? Aut, si hoc non audent dicere, dicant : unde est deus, qui de uirgine natus est — si non est de trinitate — ; cum praeter trinitatem nullum alium deum agnoscant catholici. (22.) Sed si eam 'uere et proprie dei' crederent 'genetricem', utique deum uerbum unum esse crederent de trinitate : quia non ex ea deus, qui est trinitas, natus est. Nam cum apostolus
 280 *Christum* testetur *super omnia deum*, trinitas autem unus est deus, non incongrue ab eis quaeritur : utrum trinitas Christus sit, aut alter praeter trinitatem deus Christus sit ; aut forte etiam super trinitatem deus est Christus — quia *super omnia eum deum* testatur apostolus — ? Quod si ho-
 285 rum trium quodlibet dicere est impium, restat ut unus de trinitate sit deus uerbum, qui de uirgine secundum carne(m) natus est, et homo factus, passus est carne pro nobis.

XII. (23.) Hinc est, quod beatam uirginem Mariam 'propter honorem' tantum hominis illius — qui ex ipsa natus est —,

XI. 280.284 Rom. 9, 5.

270/271 *unus ... natus* cf. DIONIS. EXIG., Praef. 7, 3 [CC 85, p. 64, 39/41] (*unum ... genitum*).

XI. 277 cf. IOAN. II, Epist. ad senat., 25 [ACO IV, II, p. 209, 7] (*proprie et ueraciter dei genetricem*).

XII. 288/289 *propter honorem ... gratia* cf. IOAN. II, Epist. ad senat., 25 [ACO IV, II, p. 209, 12] (*per honorificentiam uel gratiam*).

271 carne L 283 aut] At *Migne* 285 restat] testat L 286 deus] *om.*
Migne carne L.

XI. 270/271 *sine dubio ... natus est* cf. MAXENT., Capit., 8' (4) [infra, p. 29, 20] ; SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (IV), 9 [CC 91A, p. 555 = infra, p. 162, 145/146] (*procul dubio ... genuit*). 280.284 cf. MAXENT., Adu. epist. Horm., Resp., I, 8, (XXXI) [infra, p. 136, 416/417]. 284/285 *Quod ... restat ut* cf. SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (VII), 20 [CC 91A, p. 559 = infra, p. 168, 265].

XII. 288/289 *beatam ... confitemur* cf. MAXENT., Capit., 8' (2) [infra, p. 29, 7/11] ; SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (III), 4 [CC 91A, p. 552 = infra, p. 159, 53/59].

290 quem 'gratia, non natura' deum confitentur, 'dei' asserunt
 'genetricem'. Nos autem 'uere et proprie' eam 'dei genetricem'
 credimus et confitemur, quia puerum illum — quem ipsa
 peperit —, 'natura' deum agnoscimus et *per ipsum facta omnia*,
 secundum beatum Cyrillum dicentem : *Homo <nomi>natus est,*
 295 *cum sit 'natura' deus, dei patris uerbum, quia similiter ut nos*
sanguini communicauit et carni. Sic enim terrenis apparuit :
non amittens quod erat, sed assumendo humanitatis natura<m>
in sua ratione perfecta<m> ; et iterum, in primo capitulo contra
 Nestorium : *Si quis inquit non confitetur deum esse secundum*
 300 *ueritatem eum, qui est Emmanuhel, et ob hoc ipsum 'dei gene-*
tricem' sanctam uirginem — peperit enim carnaliter uerbum,

XII. 293 Ioh. 1, 1. Ioh. 1, *3. 295/296 *similiter ... carni*] cf. Hebr. 2, 14.

XII. 294/298 CYRILL. ALEX., Scholia de incarn. unigeniti, IV ("quam ob causam
 homo dictum sit dei uerbum"), in CONCIL. EPHES., Coll. Palatina, LVII, 4 [ACO I,
 V-1, p. 186, 16/18] ; — in CONCIL. CHALCED., Coll. Grimanica, Epist. 104, XXVIII
 [ACO II, IV, p. 131, 2/4] ; e.a. (cf. ACO IV, III-1, p. 190). 297 *non ... erat*] cf.
 PS.-PHOEBAD. AGINN., Profess. fid., 6 = PS.-EVSEB. VERCCELL., De trin., IX [XI],
 6 = ANON., Libell. fid., 6 = PS.-GREG. ILIB., Fides roman., 6 [CC 9, p. 130, 51/52 ;
 CC 69, p. 267, 24/25] ; AMBROS., De fide, II, VIII, 62 [CSEL 78, p. 78, 24/25] ; e.a.
 299/303 CYRILL. ALEX., Epist. XVII (ad Nestorium), anath. a' [PG 77, col. 120^{a-c}],
 in CONCIL. EPHES., Coll. Vaticana, VI, 12, anath. a' ; CXLVIII, 4, anath. a' ; CLXIX,
 11 [ACO I, I-1, p. 40, 22/24 ; I, I-5, p. 16, 29/30 ; I, I-6, p. 111, 17/19] ; Versiones
 latinae : Coll. Veronensis, XVII, 12, anath. 1 [ACO I, II, p. 50, 32/34] ; Coll. Ca-
 sinensis, VIII, 12, anath. 1 [ACO I, III, p. 33, 22/24] ; Coll. Palatina, XXXVII, anath.
 a' ; XXXIX, 5, anath. 1 ; XL, 4, anath. 1 ; LVI, anath. 1 [ACO I, V-1, p. 71, 7/10 ;
 p. 117, 10/11 ; p. 143, 19/20 ; p. 182, 35/37] ; Transl. DIONIS. EXIG., 12, anath. 1
 [ACO I, V-2, p. 242, 25/27 ; PL 67, col. 17^c] ; e.a. (cf. ACO IV, III-1, p. 173,
 41 [a]).

291/292 cf. IOAN. II, Epist. ad senat., 25 [ACO IV, II, p. 209, 7/8] (*proprie et uera-*
citer dei genetricem ... confiteri).

XII. 291 *eam*] *om. Migne* 292 *cognoscimus Migne* *facta*] *add. sunt*
Migne 294 *nominatus*] *rest. Schwartz (iuxta Cyrill., ll.cc.), natus L. Migne*
 295 (*quia*) *quoniam Cyrill., ll.cc.* (ut] *ac Cyrill., ll.cc.* 297 (*amittens*) *add. id*
Cyrill., ll.cc. (*assumens Cyrill., ll.cc.*) 297/298 *natura ... perfecta L. 300*
ipsam Migne

292/293 *quia puerum ... omnia*] cf. MAXENT., Capit., e' (5) [infra, p. 29, 21/23] ;
 SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (IV), 9 [CC 91A, p. 555-556 = infra, p. 162,
 145/146.150/151]. 299/303 cf. SCYTH. MON., Disput. XII capit., a' [infra, p.
 195, 9/13].

quod ex deo est carne factum, secundum quod scriptum est : Verbum caro factum est —, anathema sit.

XIII. (24.) Quapropter duas etiam natiuitates dei uerbi —
 305 *unam ante saecula a patre secundum diuinitatem, alteram uero in nouissimis temporibus secundum humanitatem a uirgine sancta* — confitemur : quia non alium matris, alium patris, filium credimus ; sed unum eundemque, naturalem filium patris, naturalem filium matris, agnoscimus — beato papa Leone
 310 *ad Flauianum dicente : Cum enim deus et omnipotens et pater creditur, consempternus eidem filius demonstratur, in nullo a patre differens, quia de deo deus, de omnipotente omnipotens, de aeterno natus est coaeternus : non posterior tempore, non inferior potestate, non dissimilis gloria, non diuisus essentia. Idem uero*
 315 *sempiterni genitoris unigenitus sempiternus, natus est de spiritu sancto et Maria uirgine : quae natiuitas temporalis, illi natiuitati diuinae et sempiternae nihil minuit, nihil contulit ; sed totum se reparando homini, qui erat deceptus, impendit. (25.)* Secundum huius beati patris sententiam : deus factus Christus,
 320 *non autem Christus deus factus, docetur — sicut dicunt sectatores Theodori Mopsuesteni magistri Nestorii, qui per profectum Christum deum factum credunt —, quia non 'cum esset pauper, diues factus est', sed : Cum diues esset, pauper factus est, ut nos diuites faceret ; sicut et psalmista testatur,*

302/303 Ioh. 1, 14.

XIII. 323/324 II Cor. 8, *9.

XIII. 305/307 CONCIL. CHALCED., Actio v, Definitio fidei, 34 [ACO II, 1-2, p. (325) 129, 27/29] ; Versio antiqua, 34 [ACO II, III-2, p. (396) 137, 28/29] ; — item, sed ex alia uersione : Form. Libell. fid., 2 [CC 85, p. 153, 69/78]. **310/318** LEO I, Epist. XXVIII, 2 [PL 54, col. 757^a-759^a], in CONCIL. CHALCED., Coll. Nouariensis, v, 2 [ACO II, II-1, p. 25, 13/20] ; c.a. (cf. ACO IV, III-1, p. 311).

303 carne] caro *Migne*.

XIII. 306 in] *om. Migne* **310** et^a] aeternus *Migne* **311** eidem] *add. quoque Migne* **315** est] *om. Migne* **316** et] *ex Migne* **318** totam *Migne* (*Leo I, II. cc. Martique eod. ed.*) **321** Mampsuesteni *L. Schwarz*, Mopsuest. *Migne* **322** (prouectum *Scyth. mon., l.c.*).

XIII. 304/307 *Quapropter ... confitemur* cf. MAXENT., Capit., η' (8) [infra, p. 30, 31/33] ; SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (v), 11 [CC 91A, p. 556 = infra, p. 164, 174/177]. **307/309** cf. SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (v), 11 [CC 91A, p. 556 = infra, p. 164, 173/174]. **318/322** *Secundum ... credunt* cf. MAXENT., Capit., ζ' (7) [infra, p. 30, 29/30] ; SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (v), 11 [CC 91A, p. 556 = infra, p. 163, 168/171]. **319/324** cf. MAXENT., Dial. c. Nest., I, VIII [infra, p. 63, 309/313].

325 *dicens : Sedes tua, deus, in saeculum saeculi ; uirga aequitatis uirga regni tui. Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem, propterea unxit te deus, deus tuus, oleo laetitiae prae consortibus tuis. Quomodo autem deus ungi potuit aut habere consortes, nisi fieret homo ? (26.) Et ideo recte unius eiusdemque, dei uerbi incarnati et hominis facti, creduntur esse mirabilia et passion-*
 330 *es : quia non est alter deus, alter homo, sed idem deus, idem homo — secundum illam beati papae Leonis sententiam, dicentis quia : Impassibilis deus non est dedignatus fieri homo passibilis, et immortalis mortis legibus subiacerere.* His congrue
 335 *etiam beatus Cyrillus, contra Nestorium : Si quis inquit non confitetur deum uerbum passum carne, crucifixum carne, et mortem carne gustasse, factumque primogenitum ex mortuis secundum quod est uita, et uiuificator tamquam deus, anathema sit.*

325/326 Ps. 44, *7. 326/327 Ps. 44, 8. 327 *mortem carne gustasse* cf. Hebr. 2, 9. *primogenitum ex mortuis* Col. 1, 18.

333/334 LEO I, Epist. xxxviii, 4 [PL 54, col. 767^a], in CONCIL. CHALCED., Coll. Nouariensis, v, 4 [ACO II, II-1, p. 28, 5/6]; c.a. (cf. ACO IV, III-1, p. 311). 335/339 CYRILL. ALEX., Epist. xvii (ad Nestorium), anath. 48' [PG 77, col. 121^b], in CONCIL. EPHES., Coll. Vaticana, VI, 12, anath. 48'; CXLVIII, 30, anath. 48'; CLXIX, 89, anath. 48' [ACO I, I-1, p. 42, 3/5; I, I-5, p. 25, 13/15; I, I-6, p. 144, 15/17]; Versiones latinae : Coll. Veronensis, xvii, 12, anath. xii [ACO I, II, p. 51, 30/32]; Coll. Casinensis, viii, 12, anath. xii [ACO I, III, p. 35, 15/15]; Coll. Palatina, xxxvii, anath. 48'; lvi, anath. xii [ACO I, v-1, p. 79, 5/7; p. 183, 34/36]; Transl. DIONIS. EXIG., 12, anath. xii [ACO I, v-2, p. 244, 13/15; PL 67, col. 18^b]; c.a. (cf. ACO IV, III-1, p. 175).

XIII. 335/339 item, ex uersione Dionisii exigui : IOAN. II, Epist. ad senat., 22 [ACO IV, II, p. 208, 36/38].

332 beati] *om. Migne* 333 (dedignatus est ~ Leo I, II.cc.) (fieri homo] homo esse Leo I, II.cc.) 334/338 congrue etiam restitui (cf. *supra*, lin. 134), congruentiam L, congruens etiam *Migne*, congruenter etiam *Schwartz* 339 uiuificatos L, uiuificat nos *Migne* *Schwartz* (*cum Cochl.*), (uiuificans *Concil.Ephes., l.c. coll. Veron.*).

334/339 cf. SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (iv), 10 [CC 91A, p. 556 = infra, p. 163, 162/167]. 329/331 *unius ... passionis* cf. SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (v), 11 [CC 91A, p. 556 = infra, p. 164, 179/180]. 331/332 *quia ... homo* cf. SCYTH., MON. Epist. ad episcopos, (v), 11 [CC 91A, p. 556 = infra, p. 164, 172/173]. 335/339 cf. MAXENT., Capit., 5' (6) [infra, p. 30, 26/27]; SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (iv), 8 [CC 91A, p. 555 = infra, p. 162, 135/139]; SCYTH. MON., Disput. xii capit., 48' [infra, p. 212, 446/449].

- 340 XIV. (27.) Secundum horum igitur hunc omnium sancto-
rum patrum catholicum sensum, suscipimus quattuor synodos
— id est : trecentorum decem et octo ; et centum quinquagin-
ta, qui in hac urbe regia conuenerunt ; et eam, quae in Epheso
congregata est cui praefuerunt Caelestinus et Cyrillus beatis-
345 simi patriarchae, cum omnia quae ibi contra Nestorium siue
contra quamlibet haeresim acta sunt ; necnon etiam eam,
quam sequimur et amplectimur, uenerandam synodum Chalce-
donensem —, omniaque scripta patrum sanctorum, qui unum
et idem, secundum horum conciliorum definitiones, senserunt.
350 (28.) Anathematizamus omnes, siquis dubitat, aut retractat,
aut imperfecta iudicat, aut qui ea a fide sanctorum patrum
aestimata aliena. Similiter igitur anathematizamus omnia
scripta Theodori Mopsuesteni et Nestorii discipuli eius ; et
omnes qui similiter illis sapiunt — his adicientes Eutychem,
355 Dioscorum, Timotheum Aelurum, Petrum Alexandrinum et
Petrum Antiochenum et Acacium Constantinopolitanum cum
omnibus sectatoribus — ; eorum successores, communicatores
et complices, aut qui quacumque sorte eorum maculantur
contagione, aut memorias eorum celebrant qui in ipsa damna-
360 tione defuncti sunt aut <ut> innocentes defendunt.

XIV. 342/343 *centum ... conuenerunt*] cf. DIONIS. EXIG., Praef. 2b, 4 [CC 85, p. 41, 61/64] (*centum ... conuenerunt*). 350/350 *Anathematizamus omnes ...*] aptatum ex : HORMISD., Libell. profess. fid., 2-3 [CSEL 35-2, appendix iv, p. 801, 3/17] (*Anathematizamus omnes ...*) = HORMISD., Epist. vii (seu "Indiculus", dd. 11. viii. 515), 9 ("Exemplum libelli"), 1 (in Coll. Auellana = Epist. cxvib, 2-4 [ed. Thiel, Epist., p. 755, 6/17 ; CSEL 35-2, p. 521, 6/22] = HORMISD., Epist. xxvi, 4 [ed. Thiel, Epist., p. 795, 11/26] = IOAN. CONSTANT., Exempl. libelli (in Coll. Auellana = Epist. clxix), 4-5 [CSEL 35-2, p. 608, 22 - 609, 16] ; c.a. 350/357 cf. Form. Libell. fid., 3 [CC 85, p. 154, 101/103] (*cum ... eorum sectatoribus*).

XIV. 342 est] *add.* Nicaenam Migne° 343 Efeso L. Schwartz 345 omnia] <secundum> omnia Schwartz, omnibus Migne° 346 eam] *om.* Migne° 347/348 Chalcedonensem L. Schwartz 349 sentierunt L. Schwartz 350 Anathematizamus] *add.* autem Migne° 353 Mopsuesteni L. Schwartz, Mopsuesti Migne° 355 Timotheum Ellurum L, Timotheum Ellusium Migne° 357 eorum] *add.* et Migne° successores] *restitui*, successoribus L. Migne° Schwartz 357/358 communicatoribus et complicibus Schwartz 360 ut] *suppl.* Schwartz, *om.* L. Migne°.

XIV. 341/348 *suscepimus ... Chalcedonensem*] cf. SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (v), 12 [CC 91A, p. 556-557 = infra, p. 164, 181/187]. 350/350 *Anathematizamus ...*] cf. SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (v), 13 [CC 91A, p. 557 = infra, p. 164, 188/196]. 354 cf. MAXENT., Capit., 48' (12) [infra, p. 30, 44] ; SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (v), 13 [CC 91A, p. 557 = infra, p. 164, 191].

XV. (29.) His ita se habentibus, beatissimi, nunc iam quid de gratia dei — non qua creamur, sed de ea qua recreamur et renouamur — sentiamus, breuiter exponentes, sanctitati uestrae necessario credidimus facere manifestum, eo quod, etiam
 365 in hac parte, inimici gratiae dei — id est, Pelagii et Caelestii sectatores — nimium nobis infesti esse uidentur.

XVI. (30.) Igitur confitemur rectum in omnibus a deo creatum Adam, non mortalem nec immortalem, sed utriusque capacem, habentem in proprii facultate arbitrii et uelle et
 370 posse ad omnia, hoc est, et ad bonum et ad malum; hunc, callidi serpentis deceptum astutia, propria sponte praeuaricatorem exstitisse diuini praecepti, atque ob hoc iusto iudicio dei non solum morte corporis, uerum etiam animae, effectum obnoxium, et, pristino honore nudatum, iumentis similem
 375 factum — non quo irrationabilis sit effectus, sed quia rationalis uigor eius carnali delectatione est obligatus; sensit denique mox, inoboedientiae merito, *legem contrariam in propriis membris, repugnantem legi mentis suae et captiuantem*

XVI. 367/368 *rectum ... Adam*] cf. Eccle. 7, 30; 1 Tim. 4, 4. 368/370 cf. Gen. 2, 17. 371/372 cf. Gen. 3, 1-6.13; 11 Cor. 11, 3. 377/379 Rom. 7, *23.

XVI. 367/372 *confitemur ... praecepti*] aptatum ex: Capit. s. Aug., I, (1) [infra, p. 251, 1/5]. 372/373 *iusto iudicio dei*] cf. Avg., Enchir., xxv, 99 [CC 46, p. 102, 72] = Capit. s. Aug., [xxvi] xviii^b, (22^{ae}) [infra, p. 268, 264] (*iusto iudicio diuino*). 373/374 *non solum ... obnoxium*] aptatum ex: Capit. s. Aug., II, (2) - III, (3) [infra, p. 252, 8.15/16].

XV. *inscr. SCYTHARVM MONACHORVM DE GRATIA DEI PROFESSIO CONTRA PELAGIANOS* Migne^a 301 quid iam ~ Migne^a Migne^a 364 credimus Migne^a Migne^a (cf. *supra*, lin. 10.99) facere] *add. debere Migne^a Migne^a*.

XVI. 300 facultatem L 373 morti Migne^a 375 quod Migne^a Migne^a 376 et] *om. Migne^a*

XV. 301 *His ... beatissimi*] cf. *supra*, lin. 94. 361/363 *nunc iam ... sentiamus*] cf. *supra*, lin. 96/99; SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (VI), 14 [CC 91A, p. 557 = infra, p. 165, 197/198]. 363/364 *sanctitati ... manifestum*] cf. *supra*, lin. 99/100; SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (I), 1 [CC 91A, p. 551 = infra, p. 157, 7/12]. 364/365 *eo quod ... parte*] cf. SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (VI), 14 [CC 91A, p. 557 = infra, p. 165, 200] (*quia etiam in hac parte*).

XVI. 367/374 *confitemur ... nudatum*] cf. SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (VI), 15 [CC 91A, p. 557 = infra, p. 165, 202/214].

se in lege peccati. (31.) Quod malum et poenam mali in uniuer-
 380 sum credimus transisse genus humanum ; nec enim mortem
 corporis tantum — quae poena peccati est —, sicut quidam
 dicere uolunt, sed et *aculeum mortis* — hoc est *peccatum* —,
 ingressum dicimus mundo ; quia non istis, sed apostolo potius
 385 pertransisse testatur, dicens : *Per unum hominem peccatum*
intrauit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes
homines mors pertransiuit, in quo omnes peccauerunt. (32.)
 Propterea et recentes ab utero paruulos non tantum ut ad-
 optionem mereantur filiorum, aut propter regnum caelorum
 390 — sicut Pelagii et Caelestii siue Theodori Mopsuesteni disci-
 puli, qui unum et idem naturale et originale peccatum esse
 affirmare conantur —, sed et in remissione peccatorum
 eos credimus baptizari, ne pereant in aeternum. (33.) Infirmat-
 us igitur naturae uigor per malum praeuaricationis, nullate-
 395 nus ualuit per semetipsum inde assurgere, unde per propriam
 uoluntatem incurrit ; quapropter nullum ab Adam nunc usque
 per naturae uigorem credimus esse saluatum, nisi dono gratiae
 spiritus sancti in fide nominis Iesu, quia : *Non est aliud nomen*
datum homini *(bu)s sub caelo, in quo oporteat eos saluos fieri,*
 400 *nisi in nomine Iesu Christi.*

XVII. (34.) Liberum autem naturale arbitrium ad nihil
 aliud ualere credimus, nisi ad discernenda tantum et desi-

382 I Cor. 15, *56. 385/387 Rom. 5, *12. 390/400 Act. 4, *12.

379/387 *Quod malum ... peccauerunt*] aptatum ex : Capit. s. Aug., IV, (4) [infra, p. 253, 21/28]. 389 PELAG., loc. non repert. ; cf. EVSEB. 'GALLIC.', Hom. XVII, 5 [CC 101, p. 203, 125/126].

XVI.-XVII. 393/413 *Infirmatus ... sancto*] aptatum ex : Capit. s. Aug., VI, (6) - X, (12) [infra, p. 255, 33/86].

383 dicimus mundo] in mundum *Migne^o Migne^l* 388 et] *om. Migne^o Migne^l*
 390 Mopsuesteni L *Schwarz*, Mopsuest. *Migne^o* 392 remissione L 393
 baptizare L 393/394 *Infirmatus Migne^o Migne^l* 395 resurgere *Migne^o Mig-*
ne^l unde] quo *Migne^o Migne^l* 396 incurrit] erat lapsus *Migne^o Migne^l*
 399 hominis L eos] nos *Migne^o Migne^l*.

379/387 *Quod malum ... peccauerunt*] cf. MAXENT., Capit., 12' (11) [infra, p. 30, 38/42] ; SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (VI), 16 [CC 91A, p. 557-558 = infra, p. 166, 215/229]. 390/391 *Pelagii ... discipuli*] cf. MAXENT., Capit., 18' (12) [infra, p. 30, 43/44]. 391/392 *qui ... conantur*] cf. MAXENT., Capit., 1' (10) [infra, p. 30, 36].

XVII. 402/406 *ad discernenda ... posse*] cf. SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (VI), 17-18 [CC 91A, p. 558 = infra, p. 167, 240/244].

deranda carnalia siue saecularia, quae non apud deum, sed apud homines possunt fortassis uideri gloriosa; [ad] ea uero, 405 quae ad uitam aeternam pertinent, nec cogitare nec uelle nec desiderare nec perficere posse, nisi per infusionem et inoperationem intrinsecus spiritus sancti, qui est etiam spiritus Christi: *Spiritum enim Christi qui non habet, hic non eius est.* Quod si, qui credit in Christo, iam Christi est — sicut et uerum est — : non utique per donum naturae, sed per spiritum sanctum, Christi est qui iam *credit in eum qui iustificat impium* ut confiteatur quia: *Dominus est Iesus*, quod *nemo potest dicere, nisi in spiritu sancto.*

XVIII. (35.) Quapropter anathematizamus eos, qui naturale aut substantiam aliquam dicunt esse peccatum; abominantes etiam eos, qui, contra uocem apostoli, audent dicere: 'Nostrum est uelle, dei uero perficere', cum idem doctor *et uelle et perficere* donum testetur esse diuinum — ipso dicente: *Deus enim est qui operatur in uobis et uelle et perficere pro* 420 *bona uoluntate* — ; credentes etiam, omnes, ab Abel usque ad Christum, si qui saluati sunt, ea gratia, qua et nos, esse saluatos — secundum uocem beati apostoli Petri dicentis: *Quid tentatis deum imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque patres nostri neque nos portare potuimus? Sed per* 425 *gratiam domini Iesu credimus saluari quemadmodum et illi.*

XVII. 408 Rom. 8, *9. 411/412 Rom. 4, 5. 412 ut ... Iesus] cf. Rom. 10, 9. 412/413 1 Cor. 12, *3.

XVIII. 417/418 Phil. 2, 13. 419/420 Phil. 2, *13. 423/424 Act. 15, 10. 424/425 Act. 15, *11.

XVII. 404 ad] *reclus. Schwartz* 406/407 operationem *Migne* 408 est eius ~ *Migne* *Migne* 409 qui] quis *Migne* *Migne* 411 sanctum] *add. est qui Migne* *Migne*.

XVIII. 415 dicunt L 424 nostri] *uestri Migne* 425 et] *om. Migne* *Migne*.
Expl. *om. L add.*

406/407 per ... sancti] cf. SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (VIII), 24 [CC 91A, p. 560 = infra, p. 169, 304]. 410.411/413 per spiritum sanctum, ... ut confiteatur ... sancto] cf. SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (VI), 18 [CC 91A, p. 558 = infra, p. 167, 250/252].

XVIII. 414/415 cf. MAXENT., Capit., 1' (10) [infra, p. 30, 36]. 410/418 qui ... diuinum] cf. SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (VI), 19 [CC 91A, p. 558-559 = infra, p. 167, 253/256].

2

**CAPITVLA
MAXENTII IOANNIS
EDITA
CONTRA NESTORIANOS
ET PELAGIANOS
AD SATISFACTIONEM FRATRVM**

MONITVM

Codex ⁽¹⁾ :

OXFORD, *Bodleian Library*,
L : Laud.misc.58o. s. IX. f. 9-10.

Editiones :

a) *lin. 1/48* :

Si quis ... episcopis :

Migne^a : MIGNE, J.P., *Patrologiae Cursus completus, Series Graeca prior*, LXXXVI-1 (Lutetiae Parisiorum, 1860), col.87^A-88^B ("Eiusdem contra Nestorianos capitula").

Schwartz : SCHWARTZ, Eduardus, *Acta Conciliorum Oecumenicorum*, IV, II (Argentorati, 1914), "Iohannis Maxentii Libelli", p. 10 ("Capitula Maxenti Iohannis edita contra Nestorianos et Pelagianos ad satisfactionem fratrum") (ex codice *L*).

b) *lin. 38/48* :

Si quis ... episcopis :

Migne^b : MIGNE, J.P., *Patrologiae Cursus completus, Series Latina*, XLV, col. 1776^(c) ("Anathematismi contra Pelagianos a Scythis monachis ad Hormisdam papam legatione missis").

(1) Cuius lectiones afferimus ex editione *Schwartz*. — Cf. supra p. XLIII.

CAPITVLA
MAXENTI<I> IOANNIS
EDITA CONTRA NESTORIANOS ET PELAGIANOS
AD SATISFACTIONEM FRATRVM

A' (1.) Si quis non confitetur in domino nostro Iesu Christo duas naturas unitas — hoc est diuinitatis et humanitatis — acsi unam naturam dei uerbi incarnatam, et unam naturam dei uerbi incarnatam sicut duas unitas in una subsistentia, atque persona — secundum quod nobis tradidit ueneranda synodus Chalcedonensis —, anathema sit.

B' (2.) Si quis non confitetur proprie et uere sanctam Mariam dei genetricem, sed propter honorem tantum hoc ei nomen tribuit, quia peperit hominem qui secundum gratiam ¹⁰ dicitur deus, non autem quia peperit deum incarnatum et hominem factum, anathema sit.

Γ' (3.) Si quis non confitetur substantialem siue naturalem unitatem secundum id quod, manens natura deus, uerbum, naturae est unitus humanae, sed subsistentialem siue personalem dicit unitatem aut secundum illustrationem siue secundum dilectionem aut secundum affectionem, anathema sit.

Δ' (4.) Si quis non acquiescit confiteri Christum 'unum de trinitate' etiam cum carne propria, qui pro nobis passus est carne, quamuis secundum carnem non sit de substantia trinitatis sed sit idem ex nobis, anathema sit. ²⁰

Ε' (5.) Si quis puerum illum — quem sancta uirgo Maria genuit — non confitetur 'natura' deum, et *per ipsum facta omnia, uisibilia et inuisibilia, caelestia et terrestria*, conditorem-

E' 22 Ioh. 1, 1. 22/23 Ioh. 1, *3. 23 Col. 1, 16. Eph. 1, *10.

Tit. praem. INCIPIVNT L. Schwartz MAXENTI IOHANNIS L.

A'. 1 non] *om. Migne* 3/4 et unam ... incarnatam] *om. Migne* 4 substantia *Migne* 6 Chalcedonensis L. Schwartz.

Δ'. 17 acquiescat *Migne* 18 est] *add. in Migne*.

E'. 22 naturae *Migne* 22/23 et 1-3] *om. Migne* 23 conditionem- *Migne*.

A'. 1/4.4/6 cf. MAXENT., Lib. fid., VII, (11); VIII, (13) [supra, p. 11, 125/128; p. 13, 161/168]; MAXENT., Resp. c. aceph., II, (3) [infra, p. 44, 23/26]; SCYTH. MON., Epist. ad ep., (II), 3 [CC 91A, p. 552 = infra, p. 158, 33/36.36/43].

B'. 7/11 cf. MAXENT., Lib. fid., XII, (23) [supra, p. 18, 288/292]; SCYTH. MON., Epist. ad ep., (III), 4 [CC 91A, p. 552 = infra, p. 159, 53/59].

Γ'. 12/14.14/16 cf. MAXENT., Lib. fid., VII, (11); VIII, (12) [supra, p. 11, 126/128; p. 12, 149/152]; SCYTH. MON., Epist. ad ep., (III), 5 [CC 91A, p. 552 = infra, p. 159-160, 60/61.67/71].

Δ'. 17/20.20 cf. MAXENT., Lib. fid., IX, (14); XI, (21) [supra, p. 14, 186/188; p. 18, 270/271]; SCYTH. MON., Epist. ad ep., (IV), 8.9 [CC 91A, p. 555 = infra, p. 162, 128/132.145/146].

E'. 21/23 cf. MAXENT., Lib. fid., XII, (23) [supra, p. 19, 292/293]; SCYTH. MON., Epist. ad ep., (IV), 9 [CC 91A, p. 555 = infra, p. 162, 145/146.150/151].

que omnium, *deum fortem, principem pacis, patrem futuri*
 25 *saeculi*, anathema sit.

Σ' (6.) Si quis dicit Christum passum carne, deum uero pas-
 sum carne dicere non acquiescit — quod idipsum intellegitur
 Christum passum carne —, anathema sit.

Ζ' (7.) Si quis dicit: 'Deus non est factus Christus, Christus
 30 autem deus factus est', anathema sit.

Η' (8.) Si quis non confitetur duas natiuitates in uno filio
 dei: deo uerbo ante saecula quidem nato de patre, in nouissi-
 mis autem temporibus eodem de matre genito, anathema sit.

Θ' (9.) Si quis non confitetur compositum Christum post in-
 35 carnationem, anathema sit.

Ι' (10.) Si quis dicit naturale esse peccatum, peccati causam
 naturarum conditori dementer ascribens, anathema sit.

ΙΑ' (11.) Si quis non confitetur originale peccatum per prae-
 uaricationem Adae ingressum mundo — secundum apostoli
 40 uocem dicentis: *Per unum hominem peccatum intrauit in mun-*
dum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit,
in quo omnes peccauerunt —, anathema sit.

ΙΒ' (12.) Item anathematizamus omnem sensum Pelagii et
 Caelestii et omnium qui illis similia sapiunt, suscipientes
 45 omnia quae in diuersis locis contra ipsos acta sunt et scripta
 a praesulibus Apostolicae sedis — id est Innocentio, Bonifatio,
 Zosimo, Caelestino et Leone —, Attico etiam Constantinopoli-
 tano et Augustino Africanæ prouinciae episcopis.

24/25 Is. 9, *6.

ΙΑ'. 40/42 Rom. 5, *12.

Σ'. 27 ipsum *Migne*.

Η'. 31 filii L.

Ι'. 26 didicit L, (ait) *Migne*.

ΙΑ'. 29 mundum L, in mundum *Migne* *Migne* 41/42 et per ... peccauerunt]
 etc *Migne* 41 pertransiuit *Migne*.

ΙΒ'. 47 et] om. *Migne* *Migne* 48 et Augustino (et) *Migne*, Augustino et ~
Migne episcopis] add. anathema sit L (del. *Cochl.*).

Expl. EXPLICITVNT CAPITVLA DVODECIM L.

24/25 cf. SCYTH. MON., Epist. ad ep., (iv), 9 [CC 91A, p. 556 = infra, p. 163, 156].

Σ'. 26/27 cf. MAXENT., Lib. fid., XIII, (26) [supra, p. 21, 335/339]; SCYTH.
 MON., Epist. ad ep., (iv), 8 [CC 91A, p. 555 = infra, p. 162, 135/139].

Ζ'. 29/30 cf. MAXENT., Lib. fid., XIII, (25) [supra, p. 20, 318/322]; SCYTH.
 MON., Epist. ad ep., (v), 11 [CC 91A, p. 556 = infra, p. 163, 168/171].

Η'. 31/32 cf. MAXENT., Lib. fid., XIII, (24) [supra, p. 20, 304/307]; SCYTH.
 MON., Epist. ad ep., (v), 11 [CC 91A, p. 556 = infra, p. 164, 174/177].

Ι'. 36 cf. MAXENT., Lib. fid., XVI, (32); XVIII, (35) [supra, p. 24, 391/392; p. 25,
 414/415].

ΙΑ'. 38/42 cf. MAXENT., Lib. fid., XVI, (31) [supra, p. 24, 379/387]; SCYTH.
 MON., Epist. ad ep., (vi), 16 [CC 91A, p. 557 = infra, p. 166, 215/229].

ΙΒ'. 43/44 cf. MAXENT., Lib. fid., XVI, (32) [supra, p. 24, 390/391]. 44 cf.
 MAXENT., Lib. fid., XIV, (28) [supra, p. 22, 354]; SCYTH. MON., Epist. ad ep., (v), 13
 [CC 91 A, p. 557 = infra, p. 164, 191] (*omnesque qui illis similia sapiunt*).

**EIVSDEM
PROFESSIO BREVISSIMA
CATHOLICAE FIDEI**

MONITVM

Codex ⁽¹⁾ :

OXFORD, *Bodleian Library*,
L : Laud.misc.580. s. IX^a. f. 10-11.

Editiones :

Migne : MIGNE, J.P., *Patrologiae Cursus completus, Series Graeca prior*, LXXXVI-1 (Lutetiae Parisiorum, 1860), col. 89^A-90^B ("Eiusdem alia fidei professio").

Schwartz : SCHWARTZ, Eduardus, *Acta Conciliorum Oecumenicorum*, IV, II (Argentorati, 1914), "Iohannis Maxentii Libelli", p. 11 ("Eiusdem Professio breuissima catholicae fidei") (ex codice L).

(1) Cuius lectiones afferimus ex editione *Schwartz*. — Cf. supra, p. XLIII.

ITEM EIVSDEM
PROFESSIO BREVISSIMA
CATHOLICAE FIDEI

(1.) Est *deus pater*, <*deus*> *filius*, *deus* etiam *spiritus sanctus*; *non tres, sed unus deus*. Vna substantia siue natura; una sapientia, una uirtus, una dominatio, unum regnum, una omnipotentia, una gloria. Tres tamen subsistentia(e) siue personae; unaquaeque persona incommutabiliter semper obtinens quod proprium est: ita, ut nec pater sit filius aut spiritus sanctus, nec filius sit pater aut spiritus sanctus, nec spiritus sanctus pater sit aut filius.

(2.) Filius autem, id est uerbum dei, unigenitus deus, con-
substantialis patri, manens in propria subsistentia deus, in nouissimis diebus ex uisceribus beatæ uirginis Mariæ naturam

(1.) 1/2 SYMB. 'QVICVMQVE', 15-16 [CC 50A, p. 566, 23/24; CC 103, p. 20 (22), 14/15]; — cf. AVG., De doctr. christ., I, v, 5 [CC 32, p. 9, 7/10]; AVG., De trin., I, v, (8); VI, IX, (10); VII, IV, (8); VIII, PROOEM., (1); XV, XVII, (28) [CC 50, p. 36, 2/4; p. 239, 17/21; p. 257-258, 83/85; p. 268, 6/10; CC 50A, p. 503, 51/53]; e.a. 6/8 cf. AVG., De doctr. christ., I, v, 5 [CC 32, p. 9, 10/12]; AVG., De trin., I, IV, (7); V, IX, (10); IX, I, (1) [CC 50, p. 35, 6/9; p. 217, 4/6; p. 293, 36/37]; AVG., Epist. 238 (ad Pascentium), II, 14; III, 20 [PL 33, col. 1043⁽⁶⁾; col. 1046^(a-b)]; CSEL 57, p. 543, 14/16; p. 549, 5/7]; ps.-EVSEB. VERCELL., De trin., I, 52; X (IX), 60 [CC 9, p. 15, 429/434; p. 145, 401/404]; e.a.

(2.)-(4.) 9/18.27/31 *Filius ... humanitatem. Rursus ... diuinitatem* cf. (ps.-)AMBROS., Expos. fid. fragm. graec., (1) [PL 16, col. 847^a; G. Bardy, Miscell. Mercati, I (ST 121, 1946), p. 200]; CONCIL. CHALCED., Actio v, Definitio fidei, 34 [ACO II, I-2, p. (325) 129, 27/29]; Versio antiqua, 34 [ACO II, III-2, p. (396) 137, 28/29]; — item, sed ex alia uersione: Form. Libell. fid., 2 [CC 85, p. 153, 69/78].

Tit. ITEM EIVSDEM] scripsi, ITEM INCIPIT EIVSDEM L. Schwartz, EIVSDEM ALIA Migne PROFESSIO ... FIDEI] FIDEI PROFESSIO Migne.

(1.) 1 (Est) Ita Symb. 'Quicumque' deus^a (Cocbl.)] om. L. (etiam) om. Symb. 'Quicumque' [u.l. : et]) 1/2 (sanctus) add. et tamen Symb. 'Quicumque' 2 (tres) add. dii Symb. 'Quicumque' (unus) add. est Symb. 'Quicumque' u.l.) 4 subsistentia L.

(2.) 9 deus] dei restituendum conicio iuxta II. cc.

(2.)-(4.) 9/18.27/31 cf. MAXENT., Libell. fid., XIII, (24) [supra, p. 20, 306/307. 305]; MAXENT., Capit., 7^a (8) [supra, p. 30, 32/33.32]; MAXENT., Breuis. adunat. rat., I [infra, p. 39, 1/8]; SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (v), II [CC 91A, p. 556 = infra, p. 164, 176/177.175/176].

suscepit humanam, et, sibi carnem coadunans, homo factus est, habens animam rationalem uel intellectualem.

- (3.) Quamobrem fatendum est deum natum ex femina : non
 15 secundum diuinitatem, sed secundum humanitatem ; deum
 in cunis iacuisse pannorum sordibus inuolutum, creuisse et
 profecisse aetate et sapientia : secundum humanitatem, non
 secundum diuinitatem ; deum esurisse, sitisse, lassum ex
 <i>tinere quieuisse : non secundum diuinitatem, sed secundum
 20 humanitatem ; deum comprehensum manibus impiorum,
 iudicatum, damnatum, crucifixum, latus lancea perforatum :
 non secundum diuinitatem, sed secundum humanitatem ;
 deum mortuum, sepultum, resurrexisse : non secundum diui-
 nitatem, sed secundum humanitatem ; deum cum ipsa carne
 25 ascendisse in caelum, sedisse ad dexteram patris, inde rursum
 cum ipsa carne in gloria uenturum iudicare uiuos et mortuos.

(4.) Rursus profitendum est Iesum Christum, filium homi-
 nis siue hominem, ante saecula de patre natum, unum ex
 trinitate, et *per eum facta omnia, uisibilia et inuisibilia, et sine*

(3.) 14 cf. Matth. 1, 25 ; Luc. 2, 7. 16 cf. Luc. 2, 7. 16/17 cf. Luc. 2, 52.
 18 cf. Ioh. 4, 31. cf. Ioh. 4, 7. 18/19 cf. Ioh. 4, 6. 20 cf. Matth. 26, 57 ;
 Marc. 14, 53 ; Luc. 22, 54 ; Ioh. 18, 12. 21 cf. Matth. 26, 65-66 ; Marc. 14,
 63-64 ; Luc. 22, 71. cf. Matth. 27, 11 sqq. ; Marc. 15, 2 sqq. ; Luc. 23, 2 sqq.
 cf. Matth. 27, 26 ; Marc. 15, 15 ; Luc. 23, 24-25 ; Ioh. 19, 16. cf. Matth. 27,
 33 sqq. ; Marc. 15, 22 sqq. ; Luc. 23, 33 sqq. ; Ioh. 19, 17 sqq. cf. Ioh. 19, 34.
 22 cf. Matth. 27, 50 ; Marc. 15, 37 ; Luc. 23, 46 ; Ioh. 19, 30. cf. Matth. 27, 60 ;
 Marc. 15, 46 ; Luc. 23, 53 ; Ioh. 19, 42. cf. Matth. 28, 6 ; Marc. 16, 6 ; Luc.
 24, 6 ; Ioh. 20, 11 sqq. ; Rom. 8, 34. 24/25 Marc. 16, 19. 25/26 cf. Matth.
 25, 31. 26 cf. 11 Tim. 4, 1 ; 1 Petr. 4, 5.

(4.) 27/28 *filium hominis* cf. Dan. 7, 13 ; Matth. 9, 6 ; 10, 23 ; 16, 27-28 ; 19, 28 ;
 25, 31 ; Marc. 2, 10 ; 8, 38 ; 9, 8 ; Luc. 5, 24 ; 6, 5 ; 9, 26 ; Ioh. 3, 13-14 ; 5, 27 ; 12,
 23-34 ; 13, 31 ; e.a. 28 *hominem* cf. 1 Tim. 2, 5. 29 Ioh. 1, *3. Col. 1, 16.
 29/30 Ioh. 1, 3.

(3.) 14/26 cf. AMBROS., De fide, V, iv, 54 [PL 16, col. 660^a ; CSEL 78, p. 237,
 27/36], apud [DIONIS. EXIG.], Exempla ss. patrum, 48 [CC 85, p. 104, 438/447].

(4.) 28/29 *ex trinitate* cf. AVG., De trin., II, ix, (16) ; II, x, (19) ; II, xv, (26) ; II,
 xv, (26) ; III, PROORM., (3) [CC 50, p. 101, 56/57 ; p. 106, 112 ; p. 114, 47 ; p. 115, 67 ;
 p. 130, 83], apud [DIONIS. EXIG.], Exempla ss. patr. 1.3.4.5.6.7 [CC 85, p. 85, 4 ;
 p. 86, 20.23/24.31.36 ; p. 87, 44].

(3.) 16 pannosum *Migne* 17 proficisse *L* 18 deus *L* 18/19 extinere *L*
 21 perforatam *L*.

(4.) 29 eum] ipsum *Migne (iuxta Vulg.)*.

(3.)-(4.) 14/17.29 *Quamobrem ... sapientia. per ... inuisibilia* cf. SCYTH. MON., Epist.
 ad episcopos, (iv), 9 [CC 91A, p. 555 = infra, p. 162, 145/151].

30 *ipso factum esse nihil* : non tamen secundum humanitatem, sed secundum diuinitatem ; hunc eundem hominem esse uitam aeternam, sapientiam et uirtutem patris : non tamen secundum humanitatem, sed secundum diuinitatem ; hunc eundem hominem esse figuram substantiae siue imaginem patris, et
 35 emanationem claritatis dei : non tamen secundum humanitatem, sed secundum diuinitatem.

(5.) Rursus dicendum est : eum, qui est uita aeterna, sapientia et uirtus patris, natum secundum carnem ex femina ; uitam aeternam, sapientiam et uirtutem patris, panis inuolutum <in> cunis iacuisse ; uitam aeternam, sapientiam et uirtutem patris, passum, crucifixum, mortuum secundum carnem.

(6.) *Quae cum ita sint* : nemo potest esse catholicus, nisi qui

31/32 hunc ... esse uitam aeternam] cf. 1 Ioh. 5, 20. 32 sapientiam et uirtutem] cf. 1 Cor. 1, 24. 34 figuram substantiae] cf. Hebr. 1, 3. imaginem] cf. 11 Cor. 4, 4 ; Col. 1, 15. 35 emanationem claritatis dei] cf. Sap. 7, 25.

(5.) 37.38.40 uita aeterna] cf. 1 Ioh. 5, 20. 37/38.39.40/41 sapientia et uirtus] cf. 1 Cor. 1, 24. 38/39 natum ... femina] cf. Matth. 1, 25 ; Luc. 2, 7. 39/40 panis ... iacuisse] cf. Luc. 2, 7. 41 passum] cf. 1 Petr. 4, 1. crucifixum] cf. Matth. 27, 33 sqq. ; Marc. 15, 22 sqq. ; Luc. 23, 33 sqq. ; Ioh. 19, 17 sqq. 41/42 cf. Matth. 27, 50 ; Marc. 15, 37 ; Luc. 23, 46 ; Ioh. 19, 30.

(5.) 37/42 cf. CYRILL. ALEX., Epist. xvii (ad Nestorium), anath. 48' [PG 77, col. 121^b], in CONCIL. EPHES., Coll. Vaticana, vi, 12, anath. 48' ; CXLVIII, 30, anath. 48' ; CLXIX, 89, anath. 48' [ACO I, 1-1, p. 42, 3/5 ; I, 1-5, p. 25, 13/15 ; I, 1-6, p. 144, 15/17] ; Versiones latinae : Coll. Veronensis, xvii, 12, anath. xii [ACO I, ii, p. 51, 30/32] ; Coll. Casinensis, viii, 12, anath. xii [ACO I, iii, p. 35, 13/15] ; Coll. Palatina, xxxvii, anath. 48' ; lvi, anath. xii [ACO I, v-1, p. 79, 5/7 ; p. 183, 34/36] ; Transl. DIONIS. EXIG., 12, anath. xii [ACO I, v-2, p. 244, 13/15 ; PL 67, col. 18^a] ; e.a. (cf. ACO IV, iii-1, p. 175).

(6.) 43 Cic., In Catil., I, v, 10 ; II, xii, 26 ; IV, viii, 18 ; IV, xi, 23 ; Cic., Pro Rosc. Com., vi, 17, init. ; e.a. ; Avg., De trin., II, xviii, (35) ; V, vii, (8) ; IX, i, (2) ; XI, ii, (5) ; XII, vi, (8) [CC 50, p. 126, 76 ; p. 214, 46 ; p. 294, 57 ; p. 338, 124 ; p. 362, 63] ; e.a.

(5.) 38 et] om. Migne 40 in (Cocbl.) om. L.

(6.) 43 ita] ista L.

(5.) 37/42 cf. MAXENT., Libell. fid., xiii, (27) [supra, p. 21, 335/339] ; MAXENT., Capit., 5' (6) [supra, p. 30, 26/28] ; SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (iv), 8 [CC 91A, p. 555 = infra, p. 162, 134/139] ; SCYTH. MON., Disput. xii capit., 48' [infra, p. 212, 446/449].

in uerbo dei filio unigenito duas fuerit professus post aduna-
 45 tionem semper indissolubiliter manere naturas — id est,
 uerbi et carnis, dei et hominis, diuinitatis et humanitatis —,
 quia, sicut unus de trinitate est et in principio uerbum deus
 est, ita etiam idem ipse ex nobis est homo perfectus et uerus.

(7.) Qui enim *ex lumbis Abrahae et ex semine David puer*
 50 *datus est nobis, deus caeli* est et *princeps pacis*. Et ideo non
 duae, sed una Christi persona est, quia : *Nemo ascendit in*
caelum, nisi qui de caelo descendit, filius hominis qui est in
caelo, et : Iesus Christus heri et hodie, ipse et in saecula.

(7.) 47/48 cf. Ioh. 1, 1. 40 Hebr. 7, *5. Ioh. 7, 42 ; Rom. 1, 3 ; II Tim. 2, 8.
 40/50 Is. 9, *6. 50 Gen. 24, 7 ; c.a. saepe. Is. 9, 6. 51/53 Ioh. 3, *13.
 53 Hebr. 13, 8.

44/46 cf. (ps.-) AMBROS., Expos. fid. fragm. graec., (5) [PL 16, col. 849^a ; G. Bar-
 dy, Miscell. Mercati, I (ST 121, 1946), p. 202] ; CONCIL. CHALCED., Actio v, De-
 finitio fidei, 34 [ACO II, 1-2, p. (325) 129, 30 - (326) 130, 2] ; Versio antiqua, 34
 [ACO II, III-2, p. (396) 137, 30 - (397) 138, 4] ; — item, sed ex alia uersione :
 Form. Libell. fid., 2 [CC 85, p. 153, 78 - 154, 95].

(7.) 53 et¹ om. *Migne*.

Expl. om. L. edd.

(6.) 44/46 cf. MAXENT., Libell. fid., VII (11) [supra, p. 11, 125/128] ; MAXENT.,
 Capit., α' (1) [supra, p. 29, 1/4] ; SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (II), 3 [CC
 91A, p. 552 = infra, p. 158, 33/36]. 48 *idem ipse ex nobis* cf. MAXENT., Capit.,
 8' (4) [supra, p. 29, 20].

(7.) 50/51 cf. MAXENT., Libell. fid., VIII, (13) [supra, p. 13, 161/168] ; MAXENT.,
 Capit., α' (1) [supra, p. 29, 4/6] ; SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (II), 3 [CC 91A,
 p. 552 = infra, p. 158, 36/43].

4

**EIVSDEM
BREVISSIMA ADVNATIONIS RATIO
VERBI DEI
AD PROPRIAM CARNEM**

MONITVM

Codex ⁽¹⁾ :

OXFORD, *Bodleian Library*,
L : Laud.misc.580. s. IX^a. f. 11.

Editiones :

Migne : MIGNE, J.P., *Patrologiae Cursus completus, Series Graeca prior*, LXXXVI-1 (Lutetiae Parisiorum, 1860), col. 89^D-92^A ("Eiusdem Maxentii adunationis uerbi dei ad propriam carnem ratio").

Schwartz : SCHWARTZ, Eduardus, *Acta Conciliorum Oecumenicorum*, IV, 11 (Argentorati, 1914), "Iohannis Maxentii Libelli", p. 11-12 ("Eiusdem breuissima adunationis ratio uerbi dei ad propriam carnem")
(ex codice *L*).

(1) Cuius lectiones afferimus ex editione *Schwartz*. — Cf. supra, p. XLIII.

ITEM EIVSDEM
BREVISSIMA ADVNATIONIS RATIO
VERBI DEI
AD PROPRIAM CARNEM

(1.) Filius dei, uerbum patris, unus ex trinitate, consubstantialis patri, natus de eo ante saecula, subsistens in propria persona deus : in nouissimis temporibus mox — inter euangelizantis angeli uerba et accomodantis uirginis fidem — propria potentiae uirtute ex uisceribus eiusdem uirginis sine semine uiri carnem sibi coadunans, manens in propria natura deus, homo factus est, habens rationalem siue intellectua-lem ; et ita, completo tempore secundum legem humanae naturae, processit de thalamo uirginali.

(1.) 9 cf. Ps. 18, 6 ; Ioel 2, 16.

(1.) 1 *ex trinitate* cf. AVG., De trin., II, IX, (16) ; II, X, (19) ; II, XV, (26) ; II, XV, (26) ; III PROOEM., (3) [CC 50, p. 101, 56/57 ; p. 106, 112 ; p. 114, 47 ; p. 115, 67 ; p. 130, 83], apud [DIONIS. EXIG.], Exempla ss. patr., 1.3.4.5.6.7 [CC 85, p. 85, 4 ; p. 86, 20.23/24.31.36 ; 87, 44]. 2/8 cf. (ps.-) AMBROS., Expos. fid. fragm. graec., (1) [PL 16, col. 847^A ; G. Bardy, Miscell. Mercati, 1 (ST 121, 1946), p. 200] ; CONCIL. CHALCED., Actio V, Definitio fidei, 34 [ACO II, 1-2, p. (325) 129, 27/29] ; Versio antiqua, 34 [ACO II, III-2, p. (396) 137, 28/29] ; — item, sed ex alia uersione : Form. Libell. fid., 2 [CC 85, p. 153, 69/78].

Tit. ITEM EIVSDEM] scripsi, ITEM INCIPIT EIVSDEM L. Schwartz, EIVSDEM MAXENTII Migne RATIO] post CARNEM tr. Migne.

(1.) 2 patris L eo] deo *Migne* 4/8 propriae *Migne* 7 rationalem siue intellectuale (subst.)] *praem.* animam *Migne Schwartz (cum Cochl.)* (cf. *infra*, p. 71, 566 ; p. 109, 1122).

(1.) 1/8 cf. MAXENT., Lib. fid., VI, (10) ; XIII, (24) [*supra*, p. 10, 112/120 ; p. 20, 305/307] ; MAXENT., Capit., 7' (8) [*supra*, p. 30, 32/33] ; MAXENT., Profess. breu., (2)-(4) [*supra*, p. 33-35, 9/15.27/31] ; SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (V), 11 [CC 91A, p. 556 = *infra*, p. 164, 175/177].

- 10 (2.) Hac de causa naturalis, non socialis adunatio siue unio
in Christo rectissime dicitur : quia non carni formatae aut
animatae — quod iam hominis cuiuslibet potest demonstrare
personam — semet persona <uerbi> uniuert in utero uirginis,
sed ex ipsis eius uisceribus *sapientia aedificauit sibi domum*.
15 (3.) Alioqui si formatae aut animatae carni semet uerbum
dei inseruit in utero uirginali : non iam naturalis, sed socialis
haec potius unio siue adunatio dicenda est ; nec persona
uerbi ad naturam carnis, sed ad personam alicuius hominis
concurrisse credenda est. Sed hoc qui dicunt, errore Nestorii
20 traducuntur.

(4.) Catholica autem fides : non personam uerbi ad perso-
nam alicuius iam formati hominis, sed ad naturam carnis
conuenisse, credit et praedicat ; et ideo non socialem, sed
naturalem factam, docet, esse unionem.

(2.) 14 Prou. 9, 1.

(2.)-(3.) 10/18 cf. (ps.-) ATHAN., De incarn. d.n.I.C. (contra Apollinarium), I, 10
[PG 26, col. 1109^a] ; CYRILL. ALEXANDR., Epist. IV (ad Nestorium), <3> [PG 77,
col. 43^{b-c}], in CONCIL. EPHES., Coll. Vaticana, IV, 3 [ACO I, I-1, p. 26, 25 - 27, 3] ;
Versiones latinae : Coll. Veronensis, XIV, 3 [ACO I, II, p. 38, 29] ; Coll. Casinensis,
VI, 3 [ACO I, III, p. 21, 5/12] ; Coll. Palatina, XXVI (transl. MAR. MERCAT.), 3 [ACO
I, V-1, p. 50, 14/22] ; Coll. Quesneliana, LXVI, 3 [ACO I, V-2, p. 338, 25/31] ; — in
CONCIL. CHALCED., Gesta actionis primae, 240 [ACO II, I-1, p. 105, 12/18] ; Versio
antiqua, 240 [ACO II, III-1, p. 83, 11/19] ; e.a. (cf. ACO IV, III-1, p. 171 sq.).
(3.) 18/20 cf. DIONIS. EXIG., Praef. 6, 2 [CC 85, p. 60, 38/45] ; DIONIS. EXIG.,
Praef. 7, 3 [CC 85, p. 64, 38/41].

(2.) 18 personam] persona *Migne* semet persona uerbi (*Cocbl.*) semet per-
sona L, uerbum se *Migne* 14 sibi domum aedificauit ~ *Migne*.

(3.) 18 socialis] societate *Migne*.

Expl. om. L add.

(2.)-(3.) 10/20 cf. MAXENT., Lib. fid., VIII, (12)-(13) [supra, p. 12-13, 145/152.161/
168] ; MAXENT., Capit., a' (1) ; γ' (3) [supra, p. 29, 4/6.12/16] ; SCYTH. MON., Epist.
ad episcopos, (II), 3 ; (III), 5 [CC 91A, p. 552 = infra, p. 158 ; 159.160, lin. 36/
43 ; 60/61.67/71].

**EIVSDEM
RESPONSIO CONTRA ACEPHALOS
QVI "POST ADVNATIONEM" STVLTE
"VNAM" PROFITENTVR "IN CHRISTO NATVRAM"**

MONITVM

Codex ⁽¹⁾ :

OXFORD, *Bodleian Library*,
L : Laud.misc.58o. s. IX^s. f. 11^v-13^v.

Editiones

Migne : MIGNE, J.P., *Patrologiae Cursus completus, Series Graeca prior*, LXXXVI-1 (Lutetiae Parisiorum, 1860), col. 111^D-116^A ("Eiusdem contra Acephalos libellus").

Schwartz : SCHWARTZ, Eduardus, *Acta Conciliorum Oecumenicorum*, IV, 11 (Argentorati, 1914), "Iohannis Maxentii Libelli", p. 12-14 ("Eiusdem responsio contra Acefalos qui post adunationem stulte unam profitentur in Christo naturam")
(ex codice L).

(1) Cuius lectiones afferimus ex editione *Schwartz*. — Cf. supra, p. XLIII.

ITEM EIVSDEM
RESPONSIO CONTRA ACEPHALOS
QVI "POST ADVNATIONEM" STVLTE
"VNAM" PROFITENTVR "IN CHRISTO NATVRAM"

I. (1.) Exposita breuiter catholicae fidei professione, per-
gimus nunc illorum respondere definitionibus, qui, lapsu
miserabili corruentes, nouis et exquisitis argumentationibus
nefarium dogma Christi ecclesiis moliuntur inferre, et 'deum
et hominem, uerbum et carnem' confitentes, 'unam, post adu-
nationem, in Christo naturam' stulte nimis imprudenterque
conantur astruere : 'quia' inquiunt 'non esse naturam sine
persona'.

II. (2.) Quibus respondetur : si 'una, post adunationem,
in Christo natura' est, ergo nec adunatio carnis facta est.
Quod si adunatio carnis facta non est : cur adunationis fit
mentio ? Si uero adunatio carnis facta est, iam non tantum

Tit. qui ... naturam] cf. IOAN. CAESAR., Apol. Concilii Chalced. (excerpta syriaca : CPG III n. 6855), 24 [CCSG 1, p. 12, 190/192].

I. 4/5 *deum et hominem, uerbum et carnem*] cf. LEO I, Epistula xxviii, 4 [PL 54, col. 767^a], in CONCIL. CHALCED., Coll. Nouariensis, v, 2 [ACO II, II-1, p. 28, 9/10.15/16]; e.a. (cf. ACO IV, III-1, p. 311); AVG., De trin., II, vi, (11) [CC 50, p. 94, 9/10; p. 95, 33]; e.a. 5 *uerbum et carnem*] cf. LEO I, Epist. xxviii, 5 [PL 54, col. 773^a] (*ut unum dei filium et uerbum confiteremur et carnem ...*), in CONCIL. CHALCED., Coll. Nouariensis, v, 2 [ACO II, II-1, p. 30, 20/21]; e.a. (cf. ACO IV, III-1, p. 311). 5/6 *confitentes : unam ... naturam*] EUTYCHES in Concil. Const. 20.xi.448 [PL 56, col. 602^c-603^d], in CONCIL. CHALCED., Coll. Nouariensis, II, 145 [ACO II, II-1, p. 17, 146 : ... *post (adunationem) uero unam naturam confiteor*]; LEO I, Epist. xxviii, 6 [PL 54, col. 777^a], in CONCIL. CHALCED., Coll. Nouariensis, v, 2 [ACO II, II-1, p. 32, 4/5]; e.a. (cf. ACO IV, III-1, p. 311); — cf. LEO I, Epist. xxxv, 3 [PL 54, col. 807^a], in CONCIL. CHALCED., Coll. Grimanica, Epist. 5 [ACO II, IV, p. 7, 29/30]; e.a. (cf. ACO IV, III-1, p. 312). 9/10 cf. IOAN. CAESAR., Apol. Concilii Chalced. (excerpta syriaca : CPG III n. 6855), 24 [CCSG 1, p. 12, 203/205].

Tit. ITEM EIVSDEM] *scripsi*, ITEM INCIPIT EIVSDEM L. Schwartz, EIVSDEM Migne
RESPONSIO CONTRA ACEPHALOS L. Schwartz, CONTRA ACEPHALOS LIBELLVS Migne
QVI ... NATVRAM] *om. Migne*.

I. 1 Catholicae fidei professione breuiter exposita ~ Migne 6 impudenterque
Migne.

II. 11 adunatio] coadunatio Migne

I. 1 *Exposita ... professione*] scil. MAXENT., Profess. breu. [supra, p. 33-36].
7/8 (et passim infra) *non ... persona*] cf. MAXENT., Dial. c. Nest., I, xii [infra, p. 68,
482/483]; e.a.

diuina, sed et carnis natura in Christo est : duae igitur naturae sine ulla dubitatione 'post adunationem' in Christo sunt.
 15 (3.) Si autem, et adunatione facta, una et sola manet in Christo diuinitas, ergo ne(c) simplex sed composita passibilisque est eadem uerbi diuinitas : quia quidquid ex adunatione subsistere creditur, nullatenus secundum ueritate(m) proprie simplex est, sed omnino compositu(m) intellegitur. Hoc
 20 autem de sola diuinitate Christi sentire, probatur esse sacrilegum. Restat ergo, ut adunatio, quae compositionem facit, refugiat simplicitatem, susceptionemque procul dubio a filio dei humanae naturae significet ; et ideo constat duas — id est diuinitatis et humanitatis — in filio dei 'post adunationem'
 25 esse naturas, ex quibus et in quibus subsistit una et singularis Christi persona. (4.) Rursus, si 'post adunationem, una natura in filio dei' profitenda est, aut humanitas sola in Christo est, aut certe sola diuinitas.

III. (5.) Item, si 'non est sine persona natura', multo magis
 30 persona non potest esse sine natura. Si ergo non est natura sine persona et persona non est sine natura, tres ergo sunt naturae diuinitatis, non una, quia tres sunt sine dubio subsistentiae siue personae, patris et filii et spiritus sancti. Sed hoc
 35 qui dicunt, Arrianis omnino sociantur et pari cautela cauendi sunt, quia similiter ut illi blasphemare noscuntur. (6.) Quaeramus tamen, quid sibi uult adiectio illa significare — cum dicunt 'post adunationem' — : utrum quia, ante adunationem, duae in Christo naturae fuerint — et ideo dicunt 'post adunationem' — ; an et, ante adunationem, 'unam' profitentur
 40 fuisse 'in Christo naturam' ? Quod si, ante adunationem, unam fuisse dicunt, superfluum omnino est 'post adunationem' dicere, quia semper 'una(m)' (secundum ipsos) constat fuisse et esse 'in Christo natura(m)' — uerum, si ita est, omnino fallaciter ab eis etiam mentio adunationis affertur, quia, si 'una' et ante et post mansit 'in Christo natura',
 45 nulla omnino facta est adunatio : quia, adunationem ex di-

15 et¹] om. *Migne* 16 ne L, non *Migne* 18 ueritate L 19 composita L
 20/21 sacrilegium *Migne*.

III. 29 natura sine persona ~ *Migne* 38 fuerunt *Migne* 39 unam (*Cocbl.*)
 add. fuisse dicunt, primo scilicet ab ante adunationem unam¹ (lin. 39) ob homoeoteleuton perrexit ad ante adunationem unam² (lin. 40/41) una cum sequentibus uerbis 'fuisse dicunt' (lin. 41), quas uero expungere neglexit L (uel potius iam archetypus codicis manuscripti L) 42 una L *Schwartz* 43 natura L *Schwartz* 46 omnino] omnimodo *Migne*

II. 23/26 cf. MAXENT., Lib. fid., VII, (11) ; VIII, (13) [supra, p. 11, 125/128 ; p. 13, 161/168] ; MAXENT., Capit. a' (1) [supra, p. 29, 1/4] ; SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (II), 3 [CC 91 A, p. 552 = infra, p. 158, 33/36].

uersarum rerum naturis fieri, nemo <est> qui nesciat. Si autem duas, ante adunationem, fuisse naturas in Christo dixerint, duas etiam sine dubio, ante adunationem, dicere conuincuntur in Christo fuisse personas, quia (secundum ipsos) 50 'non est natura sine persona'. Quod cum dicunt : quis eos nesciat Nestorianaе perfidiaе, quod fugiunt, laqueis compedi — quae hominem plenum deo, non deum hominem factum praedicare conuincitur — ?

55 IV. (7.) Item, si 'non est natura sine persona', quaeramus ab eis : utrum, 'post adunationem' uerbi et carnis, in Christo dicant duas esse naturas, an denegent. Quod si uel uerbi uel carnis essentiam in Christo negauerint, aut Iudaeorum impietati omnino iungendi sunt — qui Christum purum hominem 60 fuisse asserunt —, aut Manichaeorum sacrilegiis coaequandi — qui carnis in Christo negant essentiam uel naturam. Si uero et uerbum et carnem esse in Christo dixerint, duas utique essentias, inuiti, diuersarum naturarum ipsorum nominum testimonio profitentur, quia non eadem sunt nomina uerbi 65 et carnis : nam uerbum uerbum est, et caro caro est. Verum, quia 'nolunt esse naturam sine persona', procul dubio etiam sic, secundum hanc stultam et impiam definitionem suam, ipsi potius duas inueniuntur in Christo asseuerare personas, quia uerbum et carnem, etiam 'post adunationem', in Christo 70 negare non possunt, quorum diuersas esse naturas nullus ignorat.

V. (8.) Sed 'duas' iniquiunt 'ideo non debere dici in Christo, post adunationem, fatemur esse naturas : quia duo numerus esse non potest indiuisus, cum, secundum ueritatem, omnis 75 numerus diuisioni subiaceat'. Haec et huiusmodi solet eorum impudentissima contra catholicam ueritatem argumentari uanitas. (9.) Et primum quidem, non per seipsum, sed in rerum naturis, omnem subsistere numerum euidentissima ratione docemur. Deinde, si nullatenus ea, quae secundum 80 aliquid discernuntur et numerantur, possunt in unitate subsistere, quaero : *pater et filius et spiritus sanctus* — qui non re ipsa, sed cognitione tantum, ab inuicem discernuntur — quomodo non in diuisione, sed in naturae unitate, subsistant.

V. 81 i Ioh. 5, *7.

47 est qui (Cochl.)] quis L nescit Migne 53 quae] restitui, qui L Migne
Schwartz 54 conuincuntur Migne.

IV. 62 et³] om. Migne 68 inuenient Migne asseuerare Migne 76 quarum
L.

V. 75 diuisionis L subiacet Migne 76 contra] om. Migne 81 quaero]
add. et Migne

Quod si *hi tres unum sunt*, et personarum suarum proprietates
 85 integras et perfectas inconfuse custodiunt, nec in diuisione
 sed in unitate subsistunt, restat ut iam non omnia, quae
 secundum cognitionem numerantes discernimus, etiam rebus
 ipsis nefarie diuidamus : quia nec, cum carnis et animae duas
 pronuntiamus diuersasque naturas, unum hominem in duo
 90 diuidimus, quem non rebus sed sola cognitione discernimus.
 Alioquin diuidant primo, si possunt, non solum intellectu sed
 etiam rebus, a splendore colorem et calorem a sole, et tunc
 eorum poterit haec stulta sententia stabiliri. Quod si hoc
 95 facere nequeunt, cedant ueritati, et duas nobiscum in Christo
 sed cognitione tantum discernimus et probamus.

VI. (10.) Si uero dixerint : 'sicut ex anima et carne una
 humana natura conficitur — quae singulari, non plurali
 numero pronuntiatur —, ita ex diuinitate et humanitate una
 100 facta est Christi natura' ? Primo quidem, hoc exemplum
 filio dei minime existimo conuenire : cui subsistendi causa
 caro non fuit ; quippe qui, *ante saecula a patre natus*, in
 propria persona incommutabiliter subsistit — sed, ut uerbum
 caro fieret, misericordiae fuit. Animam autem humanam ante
 105 carnem alicubi subsistere, et postmodum carni inseri, nemo
 ausus est affirmare. (11.) Sane, quia nulla res siue natura est,
 quae non proprio appelletur nomine : unius naturae, quam
 ex diuinitate et humanitate factam esse contendunt, nomen
 doceant. At si uoluerint dicere, uerbum incarnatum siue unam
 110 naturam dei uerbi incarnatam, eo ipso quo hoc dicunt, duas
 procul dubio dicere conuincuntur in Christo naturas, duarum-
 que, non unius, nomina naturarum — eius uidelicet, qui in-
 carnatus est, id est uerbi dei, et eius, quae ab ipso assumpta

84 i Ioh. 5, 7.

V. 91/92 cf. AVG., De trin., IV, xx, (27) [CC 50, p. 196, 21 sqq.] ; EVSEB. 'GAL-
 LIC.', Hom. ix, 2 [CC 101, p. 100, 63 sqq.].

VI. 102 CONCIL. CHALCED., Actio v, Definitio fidei, 34 [ACO II, I-2, p. (325)
 129, 27/28] ; Versio antiqua, 34 [ACO II, III-2, p. (396) 137, 28]. 105 *nemo*
 sed cf. ORIG., *Περὶ ἀρχῶν*, I, vii, 4 ; III, iii, 5 [GCS 22, p. 89, 12 sqq. ; p. 261, 12
 sqq.] ; — cf. Capit. s. Aug., [xix] xviii^a, (22^a) [infra, p. 262, 142/144] ; c.a.

92 calorem (*Cochl.*) colorem L et³] *om. Migne*.

VI. 100 exemplo L 103 ut] cum *Migne* 108 diuinitate] trinitate *Migne*

est, id est carnis. Non ergo hoc unius rei nomen est, quae sic
 115 expressam significationem duarum diuersarumque unitarum
 doceat naturarum : quemadmodum cum dicitur humana
 natura, quam ex duabus seu potius in duabus diuersisque
 naturis — id est carnis et animae — subsistere nemo dubitat ;
 sed quemadmodum si dicatur anima incarnata, siue una
 120 tura animae incarnatae. Et ideo nomen naturae unius, quae
 diuinitatis et humanitatis expressam possit habere signi-
 ficationem, docere coguntur.

VII. (12.) Verum si in tantum desipuerint, quo dicant
 eam Christi esse naturam, rursus ab eis quaeritur, qualis illa
 125 sit — quia Christus non naturae, sed operationis siue effi-
 cientiae, id est unctionis, nomen est — ; et ideo adhuc coar-
 tantur, ut illius naturae singularis, quam 'post adunationem
 in Christo' esse uolunt, nomen doceant — quia nulla rei
 natura est, quae non proprio et singulari nomine, secundum
 130 specialem uidelicet appelletur significationem. Christum
 autem non esse naturae nomen, sed unctionis, et ex hoc, quod
 multi christi dicti sunt in uetere testamento, manifestum est.
 (13.) Quapropter : aut nomen illius naturae unius — quod ab
 eis rectissime quaeritur — doceant ; aut, si hoc facere minime
 135 possunt — quia omnino est impossibile —, duas non ante sed
 'post adunationem' et deinceps semper indissolubiliter manen-
 tes naturas in una Christi persona, sprete erroris sui caligine,
 profiteri non metuant, ne — aut humanam tantum cum
 Iudaeis, aut diuinam tantum cum Manichaeis confitentes —
 140 ab unica et catholica damnati matre ecclesia, in perpetuo
 crucientur.

114 quae] quod *Migne* 117 natura natura *L.*

VII. 123 quo] quod *Migne* 130 significationem (*Cocbl.*)] s̄cificationem *L.*
 140 perpetuum *Migne.*

*Expl. EXPLICIT L. Schwartz ; — dein sequitur 'Tomus Leonis' (sive Leonis I Epistula
 28) : DILECTISSIMO FRATRI FLAVIANO LEO. Lectis dilectionis tuae litteris ... L. (fo
 13v-18v).*

6

DIALOGVS
MAXENTII IOANNIS SERVI DEI
CONTRA NESTORIANOS
(*LIBRI DVO*)

MONITVM

Codex ⁽¹⁾ :

OXFORD, *Bodleian Library*,
L : Laud.misc.580. s. IX^a. f. 18^v-48.

Editiones :

- Migne* : MIGNE, J.P., *Patrologiae Cursus completus, Series Graeca prior*, LXXXVI-1 (Lutetiae Parisiorum, 1860), col. 115^b-158^a ("Ioannis Maxentii dialogi contra Nestorianos, ad Theophilum").
- Schwartz* : SCHWARTZ, Eduardus, *Acta Conciliorum Oecumenicorum*, IV, II (Argentorati, 1914) "Iohannis Maxentii Libelli", p. 14-44 ("Praefatio dialogi Maxenti Iohannis serui dei contra Nestorianos")
(ex codice *L*).

(1) Cuius lectiones afferimus ex editione *Schwartz*. — Cf. *supra*, p. XLIII.

DIALOGVS
MAXENTI<I> IOANNIS SERVI DEI
CONTRA NESTORIANOS
(LIBRI DVO)

PRAEFATIO

(1.) Si in hoc saeculo posset finis esse mendacii, maneret utique quieta Christi ecclesia. Sed quia inextricabile quodammodo malum numquam desinit humana corda pulsare, atque inopinatis argumentis fidem inquietare catholicam : necesse est sectatoribus ueritatis, prudenter captiosas eius sententias praeuidere, sapienterque detegere, prolatasque in medium malleo ueritati<s> contere, et usque ad effusionem sanguinis contra eas pro ueritate certare — praesertim cum scriptura diuina moneat et dicat : *Ne confundaris loqui uer[b]um pro anima tua*, et : *Pro ueritate certa usque ad mortem* ; similiter et apostolus, quorundam denotans timiditatem : *Nondum inquit usque ad sanguinem restitistis aduersus peccatum certantes*.

(2.) Resistendum igitur nec omnino est parcendum haereticis, confidentes in tali negotio sermonis copiam minime de-
15 futuram. Nam si, ad confutandam prophetae insipientiam, *os asinae deus aperuit* : quanto magis cor fidelis reserare dignabitur, ut perfidorum dementia confutetur ! Quapropter, quoniam, olim in radice prauitas Nestoriana damnata, nunc

(1.) 9/10 Eccli. 4, *24 (Sirac. 4, 20 LXX). 10 Eccli. 4, *33 (Sirac. 4, 28 LXX). 11/12 Hebr. 12, *4.

(2.) 15 ad ... *insipientiam* cf. 11 Petr. 2, 16. 16 Num. 22, *28.

(1.) 5/7 *sententias ... malleo ueritatis contere* cf. MAR. MERCAT., *Commonit. adu. Pelag.*, 3 (Coll. Palatina, III, 3) [ACO I, v-1, p. 7, 1/2 ; PL 48, col. 119^a] (*malleo ... ueritatis obtudit, immo confregit*) ; VIGIL. THAPS., *Adu. Eutych.*, 5, 7 [PL 62, col. 138^b] (*sententias ueritatis malleo obterendas*) ; IDAC. (HYDAT.), *Contin. Chron. Hieron.* [PL 51, col. 877^b] ; Mommsen, Th., 'Chron. min.', II (MGH, auct. ant., XI), p. 19, 59] (*ueritatis malleo contriuit*) — (cf. Arbesmann, R., 'The «Malleus» metaphor in medieval characterization', *Traditio* 3, p. 389-392).

Tit. INCIPIT PRAEFATIO DIALOGI MAXENTI IOHANNIS SERVI DEI CONTRA NESTORIANOS L Schwartz, IOANNIS MAXENTII DIALOGI CONTRA NESTORIANOS AD THEOPHILVM· PRAEFATIO Migne.

(1.) 2 quieta Christi (Cocbl.)] quae et apxi L 4 inquietare (Cocbl.)] inequitare L 5 rectatoribus L 7 mallei ueritate L contere] cohibere Migne 7/8 et usque ... certare] in marg. L 9 fort. uerum scribendum (Eccli. 4, 24) siquidem in 'ueritate' (lin. 8.10) uersatur, uerbum L Migne Schwartz (cf. infra, p. 133, 293) 10 certe L.

(2.) 14 confidentes (Cocbl.)] confitentes L 16 deus] om. Migne

rursus uiuacior assurgit quodammodo, callidisque syllogis-
 20 morum argumentis aduersus ipsa catholicae fidei fundamenta
 dimicans, sub religiosa pronuntiatione uerborum, religionem
 profanare contendit : necessario credidi, mi Theophile, tuis
 adiutus precibus, occultum et sub uerbis catholicis latentem
 eorum impium prodere intellectum, quatenus detectus et
 25 denotatus fiat cunctis ubique perspicuus ; agens simul etiam
 contra eos, qui, licet Christum deum confiteantur, tamen,
 nescio qua rursus inducti peruersitate, declinant eum unum
 confiteri ex sancta et indiuidua trinitate.

(3.) Quod nolentes asserere : quis eos non intellegat aliis
 30 uerbis idipsum negare quod dicunt, nihilque aliud Christum,
 nisi extraneum a trinitate et — iuxta Arrianos — credere
 impie creaturam ? Si enim uerus est deus — sicut et est —,
 aut trinitas est, aut unus ex trinitate ; sed quia totam trini-
 tatem Christum credere sacrilegum est, restat ut unus sit
 35 deus Christus ex trinitate, nisi forte alium eum deum praeter
 trinitatem esse contendunt — quod non catholicorum, sed
 Manichaeorum est proprium, qui duos deos sibi contrarios
 introducunt.

(4.) Placuit igitur, sub persona interrogantis h a e r e t i c i
 40 et c a t h o l i c i respondentis, explicare huius nostrae dispu-
 tationis opusculum, quo facilius obiectionum absolutio legen-
 tibus elucescat.

26 deum] dominum *Migne*.

(3.) 22 et] *om. Migne* 23 totum *L* 24 sacrilegium *Migne* 30 contendant
Migne.

Expl. EXPLICIT PROLOGVS L Schwartz.

CAPITVLA LIBRI PRIMI

I. De modo appellationis theotocae, hoc est dei genetricis.

II. Quod theotocon, haeretici, beatam uirginem ita fateantur, non quia deum secundum carnem, sed quia hominem deo unitum genuerit.

5 III. Quod nullatenus dicant uere et proprie beatam uirginem theotocon.

IV. Quod initium dari deo uerbo ex femina stulte calumnientur his, qui uere et proprie deum secundum carnem natum ex femina confitentur.

10 V. Quod callide et peruerse eam matrem humanitatis affirmant.

VI. Quod ex illis euangelicis uocibus, quae ad Ioseph sponsum sanctae uirginis factae leguntur, non *deum fortem* — secundum prophetam — sed *puerum* tantum, qui, propter
15 eum cui uniri meruit, *deus fortis* dicatur, de femina natum conentur astruere.

VII. De eo, quod scriptum est : *Quod natum est de carne caro est, quod natum est de spiritu spiritus est.*

VIII. De eo, quod non deum factum Christum, se<d> Chris-
20 tum deum factum callide fateantur.

IX. Quod non natura, sed dignitate et unitione deum stulte asserant Christum, ob id, quod scriptum est in actibus apostolorum, Petro ad Cornelium dicente : *Quia deus erat cum illo.*

X. Quod hoc tantum distare a prophetis Christum impie
25 fateantur, quia non sit natus ex semine uiri, et, quamuis non

VI. 13 Is. 9, 6 ; (Ps. 41, 3). 14 Matth. 2, 13.20 ; Is. 9, *6. 15 Is. 9, 6 ; (Ps. 41, 3).

VII. 17/18 Ioh. 3, *6.

IX. 23 Act. 10, *38.

Tit. INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI PRIMI L. Schwartz, LIBER PRIMVS. CAPITVLA LIBRI PRIMI Migne.

III. 5/6 III. Quod ... theotocon] *om. Migne.*

IV. 7 IV] III Migne 7/8 calumnientur] *add. ab Schwartz (de uerbo 'calumnior' cum datiuo : u. Blaise, Dict., s.u.).*

V. 10 V] IV Migne.

VI. 12 VI] V Migne 14 puerum] purum Migne.

VII. 17 VII] VI Migne.

VIII. 10 VIII] VII Migne Christum¹] *om. Migne* sed (Cocbl.)] *sc L* 20 faten-
tur Migne.

IX. 21 IX] VIII Migne.

X. 25 X] IX Migne quia] qui Migne et] *om. Migne*

post conformationem, sed in ipsa conformatione, Christo tamen deum uerbum unitum inique contendant.

XI. Quod, sicut duas naturas, ita et subsistentias siue personas in Christo fateantur.

30 XII. Quod assumptum a deo, non deum factum hominem peruerse asserant, et quod idipsum definiant naturam esse, quod persona est.

XIII. Quod alia sint propria nomina naturarum et personae, quae nullam faciant quaestionem, alia communia, quae in 35 quaestionem ueniant.

XIV. Quid inter naturam distet atque personam, et quod non omnis sit natura persona.

XV. Quod et deum factum hominem, et secundam natiuitatem dei uerbi iuxta carnem, haeretici credere detestentur.

26 post (*Cocbl.*) potest *L.*

XI. 28 xi] x *Migne.*

XII. 30 xii] xi *Migne* 31 ipsum *Migne.*

XIII. 33 xiii] xii *Migne* alia sint (*Cocbl.*) alias inter *L.*, alia sunt *Migne.*

XIV. 36 xiv] xiii *Migne* naturas *Migne.*

XV. 38 xv] xiv *Migne* secundum *Migne* 38 detestantur *Migne.*

Expl. EXPLICIUNT CAPITVLA LIBRI PRIMI FELICITER *L. Schwartz.*

LIBER PRIMVS

⟨*Introd.*⟩ NESTORIANVS : Olim te nostrorum dictorum audiens infamatorem, saepius incitabatur animus, tecum de diuinae dispensationis conquirere sacramento. Nunc uero, opportuno loco et tempore, tua nobis a deo donata praesentia, ualde desidero, ut praesent⟨em⟩ arguas, cui absenti non quiescis detrahare.

CATHOLICVS : Qui se non mendacii, sed ueritatis exhibet sectatorem, nullis mouetur mussitationibus querulorum ; cuius autem animus de sua est falsitate conscius, licet nemo de eo queratur, suspicionum tamen stimulis inquietatur assidue. Nihil autem prudentibus aufert, immo potius confert mendax infamatio maliuolorum : si enim ueraciter quid a talibus reprehenditur, corrigendum est ne ulterius reprehendant ; si mendaciter, contemnendi sunt potius et dolendi. Quapropter, si — ut ipse aestimas — tuarum sum ego infamator assertionum, age nunc sicut desiderasti, et, te sectatorem ueritati⟨s⟩ ostendens, me tuum falsissimum nota accusatorem.

NESTORIANVS : Relinquentes, si placet, ista, ea proferamus discutienda in medium, quae unusquisque nostrum simplici mente catholicis iudicat conuenire dogmatibus, ne in his, quae ad rem non pertinent, tempus uideamur expendere.

CATH⟨OLICVS⟩ : Optimum quidem mihi et nimis gratum est, semotis conuiciis, semper de ueritate conquirere.

NEST. : Solent iniuriae illis praestare suffragium, quibus studium est non de ueritate, sed de propria gloriari uictoria ; in his autem, qui tota intentione cupiunt de comperta ueritate gaudere, locum haec penitus non habent.

CATH. : Facile solet in disputationum *semitis*, se — sicut scriptum est — *hilariter ipsa ueritas intimare*, cum ad ⟨in⟩uestigationem sui disputantium mentes simplici uiderit intentione pertendere. Erit igitur, procul dubio, nostrae disputationis fructuosus finis, si modo furiosa contentio submoueat e medio.

Introd. 29/30 Sep. 6, *17.

Tit. INCIPIT DIALOGI LIBER PRIMVS L. Schwartz, INTERLOCVTORES· NESTORIANVS, CATHOLICVS Migne.

Introd. 1 *Introd.* [suppleni, om. L. Schwartz, CAPVT PRIMVM hic Migne (cf. infra, lin. 40) 5 praesentem (Cochl.)] praesens L. Schwartz 8 nullus Migne 12 quid a] scripsi, qui de L. Schwartz, quis de Migne 13 corrigendus Migne 14 condemnandi Migne delendi Migne 17 ueritati L 19 NESTORIANVS] n. Migne (et sic semper infra) 22 expendisse Migne 23 CATHOLICVS] C. Migne (et sic semper infra) est] om. Migne 30/31 uestigationem L

- 35 NEST. : Mea certe haec est omnino intentio, si tamen et tu placido animo meis interrogationibus dignum duxeris respondere.

CATH. : Moue quod uis, ut iam uideamus ea, quae a me scire desideras.

- 40 I. NEST. : Volo igitur, ut mihi planum facias quonam modo a uobis beata uirgo appelletur theotocos, hoc est dei genetrix, quam constat genuisse Emmanuhelem.

CATH. : Ipsa prorsus interrogationis tuae principia, duos te filios credere manifestant.

- 45 NEST. : Noli, quaeso, te, antequam meorum dictorum rationem diligenter discutias, calumniosis me impetere uocibus.

- CATH. : Nemo recte sibi inferri calumniam queritur, quem non aliena, sed sua potius dicta redarguunt. Verum, si ego interrogationis tuae sententiam minime intellegere potui,
50 deputa hoc imperitiae, dummodo tu lucidius explices, qui, modum theotocae appellationi<s> planum tibi fieri flagitans, subiecisti : quam constat genuisse Emmanuhelem. Si enim, modum appellationis theotocae perquirens, etiam Emma-
nuhelem, quem natum dixisti ex uirgine, dei filium crederes,
55 sufficeret dicere : quonam modo theotocos beata uirgo appelletur a uobis. Adiciendo autem : quam constat genuisse Emmanuhelem, docuisti — sicut datur intellegi — Emmanuhelem non te filium dei credere.

- NEST. : Numquam ego — ut tu asseris — Emmanuhelem
60 nisi filium dei credidi, sed scire cupio modum, qualiter theotocos beata uirgo appelletur a uobis.

- CATH. : Si Emmanuhel, quem natum a beata uirgine confiteris, filius <dei> a te semper est creditus, filius autem dei non est nisi deus, recte omnino a nobis beata uirgo creditur
65 theotocos.

NEST. : Cito propositae quaestionis rationem te aestimas explicasse, quasi non sint ulterius quae de hac quaestione quaerantur.

- CATH. : Dic, age, quod uis, nec ullas dilationis patiaris
70 angustias.

II. NEST. : Quamuis theotocon beatam uirginem confiteri nec ego refugiam, non tamen, quod deum, sed quia hominem genuerit deo unitum, idcirco eam confiteor theotocon.

30 desideres *Migne*.

I. 40 1] *om. hic Migne (cf. supra, lin. 1)* 41 appellatur *Migne* 43 tuae interrogationis ~ *Migne* 48 dicta] *om. Migne* 51 theotocae appellationis] *rest. Schwartz, theotocae appellatione L, de theotocae appellatione Migne* 53 perquirentes *Migne* 63 dei (*Cocbl.*)] *om. L.*

II. 71 11] *om. hic Migne* 74 CAP. II *hic Migne*.

CATH. : Patuit omnino, quod hactenus tegebatur. Si enim
 75 non deum, sed hominem deo unitum genuit sancta uirgo
 Maria, est sine dubio — iuxta te — anthropotocos, hoc est
 hominis genetrix, non theotocos. Quo ergo modo theotocon
 eandem uirginem profiteris, quam non deum, sed hominem
 tantummodo praedicas genuisse ?

80 NEST. : Vnitione factum est, ut is, qui ex ea natus est, deus
 appelletur : propter deum uidelicet, cui uniri, unamque cum
 eo dignitatem et auctoritatem habere, promeruit.

CATH. : Appellatione ergo tantum et dignitate siue honore,
 non uere et proprie, beata uirgo est — secundum uos —
 85 theotocos, quae non uere et proprie genuit secundum carnem
 deum uerbum, sed hominem, cui praestitum est ab eo, cui
 uniri meruit, ut deus dicatur, quod non est.

III. NEST. : Quoniam hoc est, quod nos ualde permouet,
 eo quod uere et proprie deum natum ex femina praedicetis,
 90 atque ob hoc uere et proprie beatam uirginem dei fateamini
 genetricem, quaero : qui uere et proprie generat, utrum eius-
 dem, cuius ipse est, an alterius cuiuslibet substantiae generet ?

CATH. : Inepta nimis et fatua interrogatio. Quis enim ali-
 quando alienae generator creditur esse substantiae ?

95 NEST. : Si fatuum et ineptum iudicas, credere quemquam
 alienae generatorem esse substantiae : constat ergo deum
 uerbum non de matre, sed de patre uere et proprie generatum,
 cum quo illi est una eademque substantia. Alioquin erit procul
 dubio consubstantialis mater domini non solum deo uerbo,
 100 quem uere et proprie — iuxta uos — creditur genuisse, uerum
 etiam deo patri, cui idem deus uerbum consubstantialis
 existit.

CATH. : Consubstantialem uirgini deum uerbum, non secun-
 dum deitatem quae illi una eademque cum patre est, sed
 105 secundum carnem, qui non credit, alienus a fide est. Sane,
 quia non hominem quemlibet qui non sit natura deus, sed
 deum uerbum incarnatum et ex se hominem factum genuit,
 hac de causa uere et proprie esse creditur theotocos.

NEST. : Si deum natura genuit beata uirgo Maria, iam non
 110 carnis, sed est genetrix deitatis. Et quomodo non deum uer-
 bum secundum deitatem, quae illi cum patre communis est,
 sed secundum carnem eum natum ex uirgine praedicatis ?

CATH. : Non est deitatis genetrix, sicut tu nos credere
 autumas, quamuis uere et proprie sit <dei> genetrix, quia

III. 88 III] CAP. III *Migne* 91 generet *Migne* 97 de²] *om. Migne* 104 diui-
 nitatem *Migne* 105 est] *om. Migne* 110 diuinitatis *Migne* 111 diuinitatem
Migne 112 sed] *om. Migne* 113 diuinitatis *Migne* 114 dei (*Cocbl.*)] *om. L*

115 non deitatem dei uerbi, sed deum uerbum ex se hominem factum, sicut superius dictum est, genuit.

IV. NEST. : Si uere et proprie deum natum ex uirgine dederimus, uereor ne sine initio deus uerbum initium habere intellegatur ex femina.

120 CATH. : Et cur non demus ei ex femina secundum carnem initium, qui est secundum diuinitatem a patre sine initio ?

NEST. : Quomodo secundum <carnem> habere initium a te dicitur is, qui est a patre sine initio, non intellego : utrum quia is, qui a patre est sine initio, ex deitate in carnem uersus

125 dicatur accepisse initium ? an quia, qui erat sine initio, accepta carne dicitur habere initium ?

CATH. : In carnem conuerti, inconuertibilis deus, omnino non potest : sed, manens deus in propria deitate perfectus, carni et animae rationali se uniens, *coepit esse homo, quod*
130 *antea non erat* ; et hac ratione secundum carnem dicitur habere initium is, qui est a patre sine ullo initio.

V. NEST. : Quoniam de summis et praecipuis rebus quaestio uertitur, quaeso ut patienter de his, quae a te quaeruntur, respondeas ; nec te moueant ea, quae tibi fortassis, antequam

135 intellegas, uidentur esse contraria.

CATH. : Sic me de patientia communes, quasi quod hactenus impatienter tuis responderim interrogationibus.

NEST. : Non, utique, sed, ut in coepta te lenitate contineas, moneo.

140 CATH. : *Dei hoc donum est.*

V. 140 Eccle. 3, *13 ; 5, *18 ; Eph. 2, *8.

IV. 129/130 PS.-PHOEBAD. AGINN., Profess. fid., 6 = PS.-EVSEB. VERCCELL., De trin., IX [XI], 6 = AVCT. INCERT., Libell. fid., 6 = PS.-GREG. ILIB., Fides rom., 6 [CC 9, p. 130, 51/52 ; CC 69, p. 267, 24/25] ; e.a. ; — cf. AMBROS., De fide, II, VIII, 62 [CSEL 78, p. 78, 24/25] ; AVG., Serm. LXXX, 5 [PL 38, col. 496⁽⁹⁾] ; AVG., De trin., XIII, x, (13) [CC 50A, p. 400, 17/18] ; PELAG. I, Epist., xv [xvi], prof. fid. [PL 69, col. 409⁹] ; SYMPHOS., Aenigm., LXXXIV, 2 [CC 133A, p. 705, 2] ; EVSEB. 'GALLIC.', Hom., XXXV, 1 [CC 101, p. 401, 12] ; e.a.

115 diuinitatem *Migne*.

IV. 117 IV] *om. bic Migne* 120 CAP. IV *bic Migne* 122 carnem (Cochl.)] *om. L*
124 quia is] *qui ais Migne* diuinitate *Migne* 125 qui] *om. Migne* 126 dica-
tur *Migne* 128 diuinitate *Migne*.

V. 132 v] *om. bic Migne (cf. infra, lin. 145)* 133 te] *me Migne* 136 quod]
om. Migne 138 in coepta] *incepta Migne* lenitate te ~ *Migne*

116 *superius*] lin. 106/107.

NEST. : Dominum nostrum Iesum Christum in una, an in duabus substantiis, confiteris ?

CATH. : In duabus, procul dubio ; sed naturali, non personali conuentione unitis.

145 NEST. : Necdum absoluta, de qua agitur, quaestione, prae-
propere in aliam prorupisti. Sed, dilata interim inquisitione de
naturali unitione, absolute, quaeso, respondeas : utrum Chris-
tum, quem in duabus naturis confessus es, ex patre tantum,
an etiam [et] ex matre natum asseras ?

150 CATH. : Et ex patre et ex matre unum eundemque Christum
natum esse confiteor.

NEST. : Alio modo ex matre, alio ex patre ? an uno eodem-
que modo ex patre et ex matre ?

CATH. : Alio, procul dubio, ex patre, alio modo ex matre.

155 NEST. : Secundum quem modum ex patre, siue ex matre,
eum asseris natum ?

CATH. : Secundum diuinitatem quidem ex patre, eundem
secundum humanitatem ex matre.

NEST. : Cur ergo uere et proprie dei genetrix a uobis mater
160 domini praedicatur, et non magis illius naturae, cuius et mater
est, cui dei uerbi unitio diuinitatis suae contulit uocabulum et
dignitatem ?

CATH. : Cuiusnam credis naturam hanc esse humanitatis,
quam uere et proprie uis esse ex uirgine ?

165 NEST. : Procul dubio domini Christi.

CATH. : Christum, quid esse definis ?

NEST. : Deum et hominem.

CATH. : Dei ergo et hominis facta est natura illa humanita-
tis, quam uere et proprie dicis esse ex uirgine ?

170 NEST. : Quis hoc dubitet ?

CATH. : Et quomodo non est absurdum credere deum et
hominem ex uirgine naturam assumpsisse humanam ? Quod
si deus et homo ex uirgine creditur — iuxta uos — naturam
assumpsisse humanam : unde, antequam ex uirgine deus
175 assumat naturam humanam, factus homo credendus est, ut
sic deus et homo credatur assumpsisse ex uirgine naturam
humanam ?

NEST. : Miror te tam temere ridere de ueritate.

CATH. : Nullatenus ego ueritatem irrideo, sed responsionis
180 tuae absurditatem uerissima ratione coarguo.

NEST. : Offenderis, ut mihi uidetur, cum Christum deum
audis et hominem.

141 in^{1.2}] *om. Migne* 145 CAP. v *bic Migne (cf. supra, lin. 192)* agitur (*Cochl.*)
igitur L 140 et] *om. Migne, secl. Schwartz* 163 CATH.] *om. Migne* 175
assumeret *Migne*

CATH. : Non me offendit Christum deum audire et hominem, sed te offendit, qui Christum deum hominem factum non
 185 credis. Nam, cum ego, unum eundemque genitum et ex patre secundum diuinitatem, et ex matre secundum humanitatem, simpliciter tuis interrogationibus respondi : tu, deum ex patre, hominem uero ex matre uolens ostendere, quasi ex
 190 consequenti ratione concludis, et docere niteris, non debere uere et proprie beatam uirginem dei credere genetricem, sed naturae humanae, cuius et mater est. Si igitur deus uerbum, ex maternis uisceribus carnem assumens, semetipsum forma-
 uit hominem, non alterius, sine dubio, natura humanitatis assumpta ex uirgine, nisi illius, facta est, qui se ex ipsa for-
 195 mauit hominem ; et idcirco [uero] uere et proprie secundum carnem sancta uirgo dei genetrix creditur, quia non deus in carnis naturam conuersus est, ut non esset deus qui natus est, sed, manens deus, homo factus et natus est.

VI. NEST. : Sursum ac deorsum nihil aliud moliris, ut
 200 uideo, nisi ut deum natura doceas eum, quem uirgo enixa est. Sed tibi, pro me, uoces obuiant euangelicae, quae te nullatenus permittunt deum praedicare eum, qui ex uirgine natus est.

CATH. : Et quaenam illae uoces sunt, quae me prohibent deum praedicare natum ex uirgine ?

205 NEST. : Illae, nimirum, quae ad Ioseph *in somnis* factae leguntur.

CATH. : Et quid tale dictum ad eum legitur ?

NEST. : Tolle inquit *puerum et matrem eius, et fuge in Aegyptum* : futurum est enim ut Herodes quaerat perdere pue-
 210 rum ; et rursus : *Defuncti sunt omnes qui quaerebant animam pueri*. Numquidnam dictum est : '*Defuncti sunt qui quaerebant animam dei*' ? aut : '*Tolle deum, et fuge in Aegyptum*' ? uel certe : '*Futurum est ut Herodes quaerat deum perdere*' ? — quo quid potest esse iniquius, quam ut credatur deus propter
 215 hominem fugisse in Aegyptum ? Vnde manifestum est, uanis te argumentationibus contra diuinorum eloquiorum sententias laborare, quae *puerum*, id est hominem, docent eum, quem tu deum natura conaris astruere.

VI. 205 Matth. 2, 13. 208/210 Matth. 2, *13. 210/211 Matth. 2, *20. 211/212 Matth. 2, 20. 212 Matth. 2, *13. 213 Matth. 2, *13. 217 Matth. 2, 13.20 ; (Is. 9, *6).

184 deum] *om. Migne* 101 et] *om. Migne* 195 uero] *om. Migne, secl. Schwartz (cum Cocbl.)*.

VI. 199 vi] *om. hic Migne (cf. infra, lin. 207)* 201 te] *om. Migne* 204 ex uirgine natum praedicare ~ *Migne* 207 CAP. VI *bic Migne (cf. supra, lin. 199)* 210 te] *om. Migne* 217 quae] *qui Migne*

CATH. : Dum nimis intentus es in his scripturae diuinae
 220 uocibus, qua(s) tuis putas competere partibus, ceteras penitus
 despicias. An forte uilis tibi et contemnenda uidetur ueteris
 testamenti auctoritas, quae *puerum*, quem tu deum denegas,
deum fortem, dominatorem, praedicat? Nonne clamabat ille
 prophetarum eximius Esaias, dicens : *Puer natus est nobis, et*
 225 *filius datus est nobis, cuius potestas in umeris eius : et uocatur*
magni consilii angelus, admirabilis, consiliarius, deus fortis,
dominator, princeps pacis, pater futuri saeculi? Numquid haec
 te nescire credibile est? — nisi forte contrariam illis, a te
 prolatis, euangelicis testimoniis, hanc prophetae sententiam
 230 iudicas.

NEST. : Non ego contrariam iudico euangelicis testimoniis,
 prophetae sententiam; sed tibi hoc uidetur, qui necdum
 eorum intellectum assequi potuisti. Attende igitur, si uis,
 propheticae sententiae a te prolatae purissimum intellectum,
 235 et uide quam non sit nostris contraria assertionibus : denique
puerum natum, et filium datum propheta uocari quidem deum,
 non autem esse testatur : *Et uocatur inquit magni consilii*
angelus, admirabilis, consiliarius, deus fortis. Neque enim
 omnia quae uocantur, continuo etiam uocationis suae obtinent
 240 proprietatem : denique *deus* uocatus est Moyses, sed nullatenus
 uocationis huius obtinere creditur ueritatem. Hi(c) docemur
 non esse *puerum* natura deum, sed, propter deum qui ei unitus
 est, *deum* a propheta uocari.

CATH. : Impietas manifesta. Secundum hunc namque ex-
 245 positionis tuae sensum : quia, si *deus fortis*, idem *puer*, quod
 a propheta *uocatur*, — iuxta te — substantialiter non est,
 quia et Mo(y)ses uocatur, ut ais, *deus*, quod substantialiter
 non est : ergo et quod dicitur, *puer natus*, non est substantiali-
 ter natus, quia multi dicuntur nasci, qui tamen substantialiter
 250 non nascuntur, sicut habes : *Populus qui nascetur, quem fecit*
dominus, et apostolus ad eos qui iam substantialiter exsiste-
 bant : *Nam si decem milia* inquit *paedagogorum habeatis in*

222 Is. 9, *6; (Matth. 2, 13.20). 223 Is. 9, 6; (Ps. 41, 3). Is. 9, *6.
 224/227 Is. 9, *6. 226 Is. 9, *6. 227/228 Is. 9, *6. 240 Ex. 7, 1. 242/
 243 Is. 9, *6. 245/246 Is. 9, *6. 247 Ex. 7, 1. 248 Is. 9, *6. 250/251
 Ps. 21, 32. 252/254 1 Cor. 4, 15.

220 qua L 225 umeros L uocabitur *Migne* (cum *Vulg.*) 228 hanc] om.
Migne 227 uocabitur *Migne* (cum *Vulg.*) 240 est] om. *Migne* 241 Hinc]
 rest. Schwartz, Hic L *Migne* 245 sensum] add. ergo et quod dicitur puer natus
 nullatenus substantialiter intellegendus est natus L *Migne* Schwartz (qui, ante haec,
 quod quis uocatur nullatenus substantialiter id esse intellegendus est supplendum pu-
 tat) ; quam codicis additionem, utpote e lin. 248/249 iteratam, delui 247 Moyses]
 scripsi (cf. supra, lin. 240), Moyses hic L Schwartz

Christo, sed non multos patres : nam in Christo Iesu per euangelium ego uos genui. Contendit denique, haec uestra interpretatio, etiam illud, quod omnis catholica ecclesia confitetur, filium dei deum natum de patre substantialiter, falsum docere, et — cum Arrianis — natum quidem de patre dicere filium, sed non substantialiter de eo natum. Et unde iam substantialiter natus credatur deus puer, qui nec de matre nec de patre —
 255 secundum uos — intellegitur substantialiter natus ?

NEST. : Noli, quaeso te, in superuacuis tempus expendere. Nos enim deum filium, abominantes impietatem Arrii, substantialiter natum ex deo patre credimus et praedicamus ; et puerum natum ex uirgine substantialiter sine dubio con-
 265 fitemur : quem etiam, propter eum, qui ei unitus est, — sequentes prophetam — dicimus deum.

CATH. : Est ergo puer non natura deus, sed uocatione, sicut Moyses ?

NEST. : Si non uocatione et dignitate, sed natura, deus est
 270 puer, aut consubstantialem deo patri credis carnem, aut puerum natum de uirgine incorporeum confiteris.

CATH. : Tu puerum incorporeum nos credere autumas, nos e contra deum tibi *carnem factum* — iuxta euangelii sententiam — praedicamus : cuius carnem non deo patri, sed matri
 275 consubstantialem credimus ; deitatem uero non matri, sed deo patri consubstantialem fatemur.

NEST. : Varium quendam et diuersum assertionis tuae sensum, modo confundentem modo discernentem naturas, prorsus intellegere non possum. Si igitur deitatem patri, carnem uero consubstantialem praedicas matri : quomodo,
 280 sanam hanc naturarum confundens discretionem, rursus deum *carnem factum* asseris, cum sit deus non corpus, sed spiritus, domino dicente : *Deus spiritus est* ?

CATH. : Veram naturarum conuentionem dei uerbi et carnis
 285 fatentes, non confundimus, sed uni(m)us : quia non deum in carnem uersum, sed carni unitum, factum hominem praedicamus.

⟨VII.⟩ NEST. : Cum dominus dicat : *Quod de carne natum est caro est, quod autem natum est de spiritu spiritus est* : quo-

266 *prophetam*] Is. 9, 6. 267/268 *sicut Moyses*] cf. Ex. 7, 1. 273 Ioh. 1, 14.
 282 Ioh. 1, 14. 283 Ioh. 4, *24.

VII. 268/269 Ioh. 3, *6.

273 nos] non *Migne* 275 diuinitatem *Migne* 279 diuinitatem *Migne* 285
 unimus (Cochl.)] unius L. deum] om. *Migne*.

VII. 288 *abbine deficiunt capitulorum numeri in L. Migne* deus *Migne*

290 modo puerum natum ex femina, non unitione, sed natura deum asseris ?

CATH. : Quia non est alter natus de carne carnaliter caro, nisi ille qui de spiritu spiritaliter natus est spiritus ; idcirco denique ex duabus et in duabus naturis unitis et inconfusis

295 deum, dei filium, praedicamus.

<VIII.> NEST. : Sed harum naturarum diuersitatem confundis, deum natura praedicans eum, qui unitione dei uerbi deus dicitur. Nam, si non unitione, sed natura, deus est, qui de uirgine natus est, procul dubio deus est unctus et non puer
300 Iesus Christus : sicque iam non Christus factus creditur deus, sed deus — iuxta uos — factus intellegitur Christus ; et mentiuntur discipuli, in actibus apostolorum, non deum, sed *puerum Iesum* unctum testificantes atque dicentes : *Conueniunt enim uere in ciuitate ista aduersum sanctum puerum tuum*
305 *Iesum, quem unxisti, Herodes et Pontius Pilatus.*

CATH. : Non confundimus naturarum diuersitatem, sicut iam superius tibi responsum est : quia nec deitatem uerbi in naturam credimus conuersam humanam, nec rursus humanam in deitatis transfusam essentiam praedicamus ; uerum-
310 tamen Christum non — ut tu asseris — deum factum, sed deum factum Christum, quod tibi displicet, confitemur : quia non 'cum pauper esset, diues factus est', sed : *Cum diues esset, pauper factus est, ut nos diuites faceret* ; nec enim 'cum esset in forma serui, formam dei accepit', sed : *Cum esset in forma*
315 *dei, formam serui accepit* ; similiter etiam nec 'cum esset caro, uerbum est factum', sed : 'Cum esset uerbum, caro factum est'. Quod autem dicis : si natura est deus *puer natus* de uirgine, fallunt discipuli, in actibus apostolorum, non deum, sed *puerum Iesum* unctum testificantes : non illi fallunt, sed tu
320 potius falleris, qui deum secundum carnem unctum non intellegis. Nam, si non contrario, sed uno spiritu discipulos et prophetam credis locutos, audi prophetam deum unctum

VIII. 303 Act. 4, 27. 303/305 Act. 4, *27. 312/313 II Cor. 8, *9. 314/
315 Phil. 2, *6. 315 Phil. 2, 7. 316 Ioh. 1, 14. 317 Is. 9, *6. 319 Act.
4, 27.

303 caro (Cochl.) uero L.

VIII. 307 diuinitatem Migne 309 diuinitatis Migne transfusam] mutatam Migne

VIII. 307 *superius*] lin. 285/287. 309/313 cf. MAXENT., Lib. fid., XIII, (25) [supra, p. 20, 319/324].

manifeste docentem atque dicentem : *Sedes tua, deus, in saeculum saeculi ; uirga aequitatis uirga regni tui. Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem, propterea unxit te deus, deus tuus, oleo laetitiae prae participibus tuis.* Hinc euidenter apparet, non alium esse unctum *puerum Iesum*, nisi deum ; nec esse alium deum unctum, nisi *puerum Iesum* — si tamen non duos, sed unum Christum, prophetam et apostolos praedicasse non dubitas.

<IX.> NEST. : Duos Christos praedicantes omnino abominor, quia uno spiritu prophetam et discipulos Christi locutos esse non ambigo ; sed te contraria sentientem refuto, qui, quasi ex prophetae sententia, eum, quem ipse unctum praedicat, deum natura conaris astruere. Nam, cum propheta eum deum a deo unctum praedicet, quem et participes docet habere, tu, natura deum, qui nullum habet secundum naturam suam participem, unctum docere contendis — cum deus non habeat omnino participes, sicut non habet fratres ; sed ille docetur habere participes, de quo ait apostolus : *Quia ergo pueri communicauerunt carni et sanguini, et ipse communicauit* <h>isdem, et qui dixit : *Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiae laudabo te.* Vnde euidenter apparet, non natura, sed unitione deum esse eum, quem *prae participibus* unctum propheta testatur.

CATH. : Quomodo eos, qui duos Christos praedicant, abominari te asseris, cum tu duos filios manifeste praedicare conuinceris ?

NEST. : Et ubi audisti me duos filios praedicare ?

CATH. : In eo : cum dicis non eum unctum, qui natura est deus, sed eum, qui a propheta docetur habere participes, qui unitione dei dicitur deus.

NEST. : Non duos, ut tu autumas, sed unum praedico filium : quia et eius, qui natura deus est, et eius, qui unitione dei deus est, unam filii appellationem unamque profiteor dignitatem. Quod autem is, qui unctus est, non natura, sed

323/326 Ps. 44, *7-8. 327.328 Act. 4, 27.

IX. 335 propheta] Ps. 44, 8. 340/342 Hebr. 2, *14. 343/348 Ps. 21, 23. 344 Ps. 44, *8. 345.351 propheta] Ps. 44, 8.

325 oleum L 329 prophetam] restitui (cf. supra, lin. 321/322 et infra, lin. 332), prophetas L Migne Schwartz.

IX. 332 discipulos Christi] apostolos Migne 333 reputo quia Migne 334/335 praedicas Migne 338 contendis] concludis Migne 339 habeat] habet Migne 342 isdem L Schwartz, iisdem Migne 352 unitione] unctione Migne 354 unitione] unctione Migne

unitione dei, deus est, audi beatum Petrum apostolum ad Cornelium dicentem : *Verbum* inquit *misit filiis Israhel, annuntians pacem per Iesum Christum : hic est omnium domi-*
 360 *nus. Vos scitis quod factum est uerbum per uniuersam Iudaeam, incipiens a Galilaea post baptismum quod praedicauit Ioannes ; Iesum a Nazareth, quomodo unxit eum deus spiritu sancto et uirtute : qui pertransiit benefaciendo et sanando omnes oppressos a diabolo, quoniam deus erat cum illo.* Sine dubio non cum deo,
 365 *sed cum Iesu a Nazareth, uncto spiritu sancto et uirtute,* deus esse cognoscitur. Nam quomodo non est impium, unctum credere natura deum, cui, sine dubio, nulla ualet natura resistere ? — sed ille ungitur, qui erat proeliaturus contra diabolum.

370 CATH. : Versuta quidem fraude argumentaris, sed nullatenus a duorum filiorum praedicatione discedis. Nam, si *Iesus a Nazareth*, quem *unxit deus spiritu sancto et uirtute*, non est deus — ut asseris — : quem deum praedicat propheta uenientem *a Libano*, dicens : *Deus a Libano ueniet, et sanctus de*
 375 *monte umbroso et condenso ?* — Nazareth enim ad istius montis radicem in partibus Galilaeae hodieque monstratur, ubi deus Iesus Christus, quem propheta uenisse *a Libano* praedixit, secundum carnem nutri<ri> dignatus est. Quod autem niteris approbare non esse natura deum, Iesum Christum, sed uni-
 380 <ti>one dei et dignitate, ex eo, quod dictum est : *Deus erat cum illo* : miror te eundem dominum non audire dicentem : *Et non sum solus, sed pater mecum est.* Est ergo natura deus, *Iesus Christus a Nazareth* — sicut a propheta didicimus —, et est *deus cum illo*, sine dubio *pater* ; idcirco denique *omnium*
 385 *dominus* ipsius apostoli uoce monstratur. Alioquin, si, ob id, quod dictum est : *Erat deus cum illo*, non pater cum filio, sed deus filius cum Iesu Christo esse intellegendus est : erit, procul dubio, omnibus prophetis aequalis, uel certe Ioseph filio Iacob, quia et de eo scriptum erat : *Et erat deus cum illo*,
 390 ipsi quoque Iacob, proficiscenti in Charram, dicit deus : *Ero tecum sicut et cum patre tuo* ; et ideo nimis <est> impium, saluatorem omnium aequare salu<a>tis.

358/364 Act. 10, *36-38. 365 Act. 10, 38. 371/372 Act. 10, 38. 374/375 Hab. 3, *3. 377 Hab. 3, *3. 380/381 Act. 10, 38. 382 Ioh. 16, *32. Hab. 3, 3. 383 Act. 10, 38. 384 Act. 10, 38 Ioh. 16, 32. 384/385 Act. 10, 36. 386 Act. 10, *38. 389 Gen. 39, *23. 390 Iacob ... Charram] cf. Gen. 28, 10. 390/391 Gen. 28, *15.

357/358 dicentem ad Cornelium ~ Migne 365 uncto] add. et Migne 375 contenso L 378 nutri L 379/386 unitione] restitui, unione L Migne Schwartz 387 erat Migne 390 Charan Migne 391 est (Cocbl.) om. L 392 saluatis (Cocbl.)] salutis L.

<X.> NEST. : Aequalem neque prophetis neque Iacob aut Ioseph credimus omnium saluatorem, sed incomparabiliter
 395 excellentiorem, quia, qua(m)uis fuerit deus cum illis, non tamen sine uiri semine, sed nati sunt lege naturae ; Christus autem dominus, nouo natiuitatis modo, ex spiritu sancto et Maria uirgine natus est, atque in ipsa prorsus formatione Christus est factus.

400 CATH. : Si non est Christus aequalis prophetis aut Ioseph aut cuilibet sanctorum, erit certe — iuxta uos — aequalis Ioanni baptistae uel Hieremiae, qui in ipsa formatione sanctificati sunt, sicut dicit deus ad Hieremiam : *Priusquam te formarem in utero noui te, et priusquam exires de uulua sanctificaui*
 405 *te.*

NEST. : Non est Christus aequalis in uulua sanctificatis : quia isti quidem in uulua sanctificantur, ille uero in ipsa conformatione fit Christus ; et isti quidem particularem accipiunt gratiam, ille uero plenus est gratia utpote unigenitus dei.

410 CATH. : Christum in ipsa conformatione factum, quemadmodum dicas non intellego ; et ideo : qui est Christus, qui in ipsa conformatione factus est Christus, euidenter ostende.

NEST. : Christus est unigenitus, procul dubio, patris.

CATH. : Quod hactenus impugnaueras, nunc, ab ipsa ueritate
 415 tate coactus, licet nolens, confessus es. Nam, qui deum factum Christum hactenus dicere renuebas, nunc, licet secundum carnem neges a semetipso formatum, tamen in ipsa conformatione deum factum Christum confessus es.

NEST. : Nullatenus me putes tuis calliditatibus circumuentum. Ego enim, in ipsa conformatione, ideo dixi unigenitum
 420 Christum factum, quia ipsi conformationi carnis deum uerbum credo coniunctum.

CATH. : Qui ipsi conformationi carnis deum uerbum [carni] dicit adiunctum, non in propria subsistentia siue persona
 425 deum uertum humanam docet suscepisse naturam, sed subsistentiae carnis, [quae] dum in membrorum extendebatur lineamentis, subsistentiam dei uerbi demonstrat annexam. Vnde non iam unam, sed duas subsistentias siue personas — dei uerbi incarnati et hominis facti — credere denotatur ;

X. 402/403 Ioanni ... sanctificati] cf. Luc. 1, 14-15. 403/405 Ier. 1, 5. 400
 plenus ... dei] cf. Ioh. 1, 14.

X. 395 quauis L 400 aequalis] add. neque Migne 401 certa L uos]
 nos Migne 407 ipsa] om. Migne 410/411 quemadmodum] quemnam mo-
 dum Migne 411 et ideo qui est] ideo quis sit Migne 423/424 carni] seclus.
 Schwartz 420 quae] seclus. Schwartz

430 fides autem catholica non <in> ipsa conformatione — ut tu asseris —, sed ipsum deum uerbum secundum carnem a semetipso formatum factumque hominem, salua diuinitatis eius substantia, confitetur.

<XI.> NEST. : Quid igitur ? negas tu subsistere deum uerbum ? Hoc enim cogit intellegi illud, quod dicis : ipsum a seipso formatum hominemque factum — licet callide in consequentibus hoc idem factum : sine suae deitatis imminutione, confirmes.

CATH. : Nullo prorsus modo deum uerbum ego subsistere
440 denego.

NEST. : Quid de carne siue de tota sentis humanitate ?

CATH. : Et ipsam sine dubio manere profiteor.

NEST. : Cum ergo subsistere deum uerbum et hominem dicis : cur unam, et non duas subsistentias profiteris ?

445 CATH. : Quia non homini, iam in propria manenti subsistentia, deum uerbum credo unitum, aut saltem carni formatae uel animatae, per quam cuiuslibet hominis intellegitur esse persona : sed subsistentiam siue personam dei uerbi, naturam suscepisse humanam, quae numquam uelut communis praeter
450 deum uerbum subsistit, sed, per ipsum orta et ab ipso suscepta, ipsius proprie facta natura est, manetque non in sua, sed in ea, a qua suscepta est, hoc est dei uerbi sub<si>stentia siue persona ; et ideo non sunt duae subsistentiae : sed duarum naturarum — uerbi uidelicet et carnis — una subsistentia siue
455 persona est.

NEST. : Ergo humana natura deitas facta est ?

CATH. : Hoc saltem cogitatione recipere extremae probatur amentiae.

NEST. : Quomodo ergo, propriam dei uerbi naturam, humana
460 nam dicis effectam ?

CATH. : Quia non est alicuius alterius nisi dei uerbi hominis facti.

<XII.> NEST. : Factum — quemadmodum asseris — deum hominem : utrum tamquam conuersum in hominem, an
465 propter susceptum ab eo hominem factum deum hominem praedicas ?

430 in (Cocbl.)] *om. L Migne.*

XI. 434 negas tu] negasti *Migne* 435/436 semetipso *Migne* 437 sui *L*
diuinitatis diminutione *Migne* (*cf. infra, lin. 468*) 447 uel] et *Migne*
448 personam] *add. cuiuslibet hominis intellegitur esse persona sed subsistentia*
siue persona (e lin. 447/448 iteratum) L 450 ipso] eo *Migne* 451 proprie
facta natura] facta propriae naturae *Migne* 452 ea a qua] *rest. Schwartz, sua*
a quo *L*, eo a quo *Migne (cum Cocbl.)* substantia *L* 456 diuinitas *Migne*
460 affectam *L.*

XII. 464 utrum] ut eum *Migne*

CATH. : Ego a deo susceptum hominem nullatenus dicere audeo, sed deum, sine imminutione deitatis suae, factum hominem fateor, ne, si susceptum a deo hominem dixerō, duas
 470 uidear in filio dei praedicare personas — quia et susceptor sanctorum atque fidelium deus dicitur, secundum illud, quod in exodi cantico ad eum dicitur : *Adiutor et susceptor factus est mihi in salutem* — ; melius ergo est, susceptam a deo naturam humanam, quam susceptum hominem, dicere.

475 NEST. : Stupenda quaedam meis a te auribus ingeruntur : quasi diuersum, et non idipsum, sit dicere hominem siue naturam humanam, cum homo non sit aliud nisi humana natura.

CATH. : Nimirum haec erroris uestri et non alia causa est.
 480 Nam, dum non ualeatis discernere, quid inter personam sit et natura(m), idipsum intellegentes naturam esse quod et personam, immo nullatenus credentes naturam esse posse sine per(sona) : uocabula personae naturarumque confunditis, et duas omnino personas, sicut duas naturas, unius filii dei sine
 485 dubio praedicatis. Nam, cum deum uerbum natum ex uirgine secundum carnem dicimus, diuinitatis eius naturam aestimatis nos natam ex uirgine praedicare : uerum si hoc, quod absit, crederetur a nobis, non eum secundum carnem natum ex uirgine fateremur ; rursus, cum a deo uerbo susceptam auditis
 490 naturam humanam, personam ab eo, hoc est hominem susceptum, non eundem factum hominem creditis : hinc etiam, nec uere et proprie <deum> uerbum inconuertibiliter ex eius uisceribus hominem factum, sed hominem deo unitum ex ea creditis natum.

495 <XIII.> NEST. : Quia nos inualidos arguis ad discernendum, quid inter naturam sit et personam : doce tu naturam esse sine persona, aut quae possint naturis proprie siue personae uocabula coaptari.

CATH. : Naturarum et personae sunt propria et communia
 500 nomina : et propria quidem nulla(m) faciunt quaestionem ; communia uero, quae a falsis doctoribus callide praesumuntur, aliquam simplicioribus nebulam dubietatis offundunt.

XII. 472/475 Ex. 15, *2.

488 diminutione diuinitatis *Migne* (cf. *supra*, lin. 435) 481 natura L 483 persona (*Cocbl.*) per L (*in fine lineae*) 490/491 susceptam *Migne* 492 et] nec *Migne* deum] *supplui*, om. L, beatam uirginem dei acquiescitis credere genetricem quia non deum *Migne* (*cum Cocbl.*), deum uerbum secundum carnem a sancta uirgine natum esse praedicatis quia non deum *supplendum coni. Schwartz* (cf. *infra*, lin. 590) incommutabiliter *Migne*.

XIII. 497/498 siue personae] sine persona *Migne* 500 nulla L

NEST. : Quae sunt nomina, quae aut afferant aut non afferant quaestionem ?

505 CATH. : Diuinitas certe et humanitas, caro et deitas, propria sunt nomina naturarum ; uerbum uero, siue Iesus Christus, et si qua talia reperiuntur, propria sunt nomina personae, sicut Paulus et Petrus apostoli ; dei uero et hominis nomen, naturis et personis commune est. Denique, sicut totam trinitatis deitatem significat, nomen dei, ita et unamquamque
510 personam ex trinitate : *deus enim pater, deus filius, et deus spiritus sanctus* ; et tota simul trinitas *unus deus*. Rursus, homo, sicut personam, ita significat et naturam : unde et nonnulli patres sancti, non quidem ad personam — sicut
515 uos —, sed ad naturam potius respicientes, hominem assumptum a deo dicere comprobantur.

<XIV.> NEST. : Assentior plane his, quae a te prolata sunt, si tamen potueris docere naturam esse <s>in<e> persona.

CATH. : Natura humana, quamuis tota in personas singulas
520 deriuetur, non tamen quaelibet una persona aut unus homo, id est indiuiduus, tota probatur humanitas ; alioquin nequaquam innumeri homines siue personae generalis huius humanitatis existerent. Discernitur ergo a natura persona, quia persona unam rem indiuiduam naturae significat ; natura
525 uero communem cognoscitur declarare materiem, ex qua plurimae possent personae subsistere. Quapropter omnis quidem persona simul naturam continet, non autem omnis natura personam aequae complectitur ; alioquin, sicut tres personas, ita et tres naturas sanctae et ineffabilis illius tri-
530 nitatis, catholici faterentur.

NEST. : Insubstantiuam quandam et inanem naturam mihi uideris asserere, quam nullam dicis habere personam.

CATH. : Insubstantiua ergo tibi uidetur summae et incomprehensibilis trinitatis natura ? — quae, cum sit una et

XIII. 511/512 SYMB. 'QVTCVMQVE', 15-16 [CC 50A, p. 566, 23/24 ; CC 103, p. 20 (22), 14/15] ; — cf. AVG., De doctr. christ., I, v, 5 [CC 32, p. 9, 7/10] ; AVG., De trin., I, v, (8) ; VI, ix, (10) ; VII, iv, (8) ; VIII, PROOEM., (1) ; XV, xvii, (28) [CC 50, p. 36, 2/4 ; p. 239, 17/21 ; p. 257-258, 85/85 ; p. 268, 6/10 ; CC 50A, p. 503, 51/53] ; c.a.

505 Deitas ... diuinitas ~ *Migne* 507 qua] quae *Migne* 508/509 nomen ... sicut] om. *Migne* 510 deitatis *L.*, diuinitatem *Migne*.

XIV. 518 poteris dicere *Migne* esse sine] *restitui* (cf. *supra*, lin. 482/483.496/497), esse in *L. Migne*, non esse in *Schwartz* 524 persona] personae *Migne* significant *Migne* 525 materiam *Migne* 531 Insubstantiam *Migne* 533 insubstantia *Migne*

535 singularis, in tribus tamen personis eam subsistere, catholicorum ambigit nemo. Verum, quia non sine ingenti periculo de creatore suo disputat creatura : si placet, ad nostram, id est ad naturam transeamus humanam, de qua, si quid offensionis, quod absit, acciderit, leuius aestimetur, praecipue quia de
540 ipsa nunc inter nos quaestio uentilatur, ut inde, quantum possibile fuerit, planum fiat quod quaeritur, ne uidelicet natura, quam necdum dicimus in persona subsistere, insubstantiua tibi esse uideatur.

NEST. : Fiat, ut uis : modo ut explicetur quod quaeritur.
545 CATH. : Naturae qualitas, quae in multas personas indiuiduosque diffunditur, non tibi insubstantialis esse uideatur, ut nihil sit. Alioquin : quomodo creator omnium naturarum uniuersa bona et *ualde bona* fecisse credendus est ? Idcirco autem natura, quae communis materiei uim rationemque
550 continet, insubstantialis a crassioribus mentibus aestimatur, eo quod minus attendunt alteram personae nondum apparentis materiem, alteram esse personam, quam, ut dixi, nondum ad lucem prolatam, naturalis potentia perfectam in cunctis membrorum quodammodo lineamenti ostendit. Et ideo non
555 bene insubstantiam aestimas tu naturam, sine qua nulla potest persona subsistere. Secundum hanc rationem etiam, de uitiat corporibus iudicantes, dicimus : minus est a natura. Neque enim, quia latet, aut nihil aut imperfecta esse credenda est, sed est prorsus uis ista in membris nostris, et latet per-
560fecta et tota secundum propriam rationem in materia seminis. Quis enim paruulum, necdum utentem ratione, imperfectam recte iudicabit humanam habere naturam ? Neque enim, quia uti pro tempore non potest ratione, ideo aliquid illi deesse probabitur a definitione naturae humanae, cum, sicut ueteres

XIV. 548 Gen. 1, 31.

XIV. 564/566 *sicut ueteres ... mortale*] Avg., De trin., VII, iv, (7) ; XV, vii, (11) [CC 50, p. 255, 21/22 ; CC 50A, p. 474, 2/3] ; Avg., De ord., II, xi, 31 [CC 29, p. 124, 17/18].

539 quia] *add. et Migne* 542/543 insubstantia *Migne* 545 multis *L* 545/546 indiuiduosque] *rest. Schwartz*, indiuiduasque *L*, indiuiduaeque *Migne* (*cum Cocbl.*) 551 alteram] *rest. Schwartz*, alterius *L Migne* 552 materiem] *rest. Schwartz* (*in app.*), materies *L*, materiam *Migne* 555 substantiam *Migne* 562 iudicauit *L* quia] qui *Migne*

XIV. 552 *dixi*] *supra*, lin. 425/427.

565 definierunt, nihil sit aliud *homo*, quam *animal rationale mortale*. An forte aliquis, quia non utuntur paruuli ration[al]e irrationabilia animalia eos tentabit asserere? — quos utique, tempore congruo, non extrinsecus adueniens, ratio, sed intrinsecus, natura subministrante, ditabit. Quapropter natura
 570 humana, quae latet in materia seminis, non nihil aut imperfecta est, antequam in suam subsistentiam, deo ex ipsa creante, formetur, sed omnino perfecta — secundum quam rationem et *Leui*, ante multa tempora quam in utero seminaretur aut conciperetur, *in lumbis positus Abrahæ* legitur *decimatus*.
 575 Nulla autem res potest decimari, quae non est. Res ergo ista siue natura, quae in occulto est, quamdiu producat ad lucem, quasi insubstantiua a minus intelligentibus aestimatur; cum autem, nutu dei, per seriem generationum, uis seminis in feminae fuerit uulua transfusa, tunc, quod latebat,
 580 in membris extenditur et in persona propria declaratur. Huic igitur humanae naturae, quae generalis et communis est omnibus hominibus, sine qua nulla potest, ut superius diximus, persona subsistere, in sanctae uirginis utero, quae fide plena deum concipere meruit, semetipsum deus uerbum unire
 585 dignatus est; et ex materia uiscerum eius, absque ullo uiri semine, propria potentia et uirtute, semetipsum, sine ulla status sui diminutione, creat secundum carnem, proficit in membris, fit homo, secundam pro nostra salute sustinet natiuitatem, postremo crescit in aetatis augmentum. Idcirco,
 590 uere et proprie secundum carnem natus a sancta uirgine, a catholicis praedicatur; hinc, uere et proprie, eadem sancta uirgo, dei genetrix creditur.

<XV.> NEST.: Totum, quod superius a te, licet inuolute, tamen rationabiliter disseri uidebatur, conclusio haec extrema

573/574 Hebr. 7, *9-10.

585/586 *homo ... mortale*] QVINT., Inst., V, x, 56; — cf. CIC., Acad., II, vii, 21; PLVTARCH., Ethica, 450^p; AVG., De ord., II, xi, 31 [CC 29, p. 124, 17/18]; e.a.

586 *ratione* Migne Schwartz (*cum Cochl.*), *rationale* L (*pro rationali*?; cf. *supra*, p. 39, 7 et *infra*, p. 109, 1122) 587 *tentabit eos* ~ Migne 570 *non*] *add.* aut Migne 577 *insubstantiua*] in *substantia* Migne 579 *femina* Migne 586 *ullo* L.

583 *superius*] lin. 524/527.

595 confudit : quae deum hominem factum et, quod est intolerabilius, secundam dei uerbi natiuitatem audacter expressit, cum nulla res nasci secundo substantialiter queat. Factus autem deus homo, quomodo a te praedicatur ? num illud dicitur fieri, quod necdum exstare uideatur ? uel ex eo, quod est, in aliud
600 aliquid uertitur, ut desinat esse quod est ?

CATH. : Hinc nempe tremenda est et admirabilis iuxta carnem dei nostri secunda natiuitas, magnumque pietatis sine dubio sacramentum probatur, quod negatur ab impiis : quia non qui non erat, sed qui erat, nascitur ; *nec* secundum id,
605 *quod erat, sed* secundum id, *quod non erat*, propria dignatione formatur. Qui enim naturaliter erat sine initio natus ex patre, idem ipse in tempore naturaliter nascitur nobis ex matre : ibi secundum diuinitatem, hic idem ipse secundum humanitatem ; ibi deus de deo, hic idem ipse homo ex homine factus :
610 similiter, *non* secundum id, *quod erat, sed* secundum id, *quod non erat*, nam deus, qui erat, fit homo, sine sui conuersione, quod non erat. Valet itaque argumentum, a te prolatum : ad eum, qui aliquid, quod est, secundum id, quod est, aut nasci secundo contendit aut fieri ; ad nos uero nihil pertinet, qui, *non*
615 secundum id, *quod erat, sed* secundum id, *quod non erat*, et natum secundo et factum deum hominem praedicamus. Sed iam istius disputationis, si placet, iste sit finis ; si qua uero restant, ab alterius sermocinationis inquirantur exordio.

XV. 604/605.610/611.614/615 ps.-PHOEBAD.AGINN., Profess. fid., 6 = ps.-EVSEB. VERCELL., De trin., IX [XI], 6 = ANON., Libell. fid., 6 = ps. GREG. ILIB., Fides roman., 6 [CC 9, p. 130, 51/52 ; CC 69, p. 267, 24/25] ; c.a. ; — cf. AMBROS., De fide, II, VIII, 62 [CSEL 78, p. 78, 24/25] ; AVG., Serm. LXXX, 5 [PL 38, col. 496^(C)] ; AVG., De trin., XIII, x, (13) [CC 50A, p. 400, 17/18] ; PELAG. I, Epist. xv [xvi], prof. fid. [PL 69, col. 409^D] ; SYMPHOS., Aenigm., LXXXIV, 2 [CC 133A, p. 705, 2] ; EVSEB. 'GALLIC.', Hom. xxxv, 1 [CC 101, p. 401, 12] ; c.a.

XV. 598 num] *rest. Schwartz*, cum *L. Migne* fieri dicitur ~ *Migne* 599 aliud] illud *Migne* 600 est] erat *Migne* 604 non qui] *om. Migne* 606 formeretur *L.* 608 diuinitatis *L.* 608/609 secundum^a ... ipse] *om. Migne* (*ob homoeotel.*) 615 sed ... erat^a] *om. Migne* (*ob homoeotel.*).

Expl. FINIT DIALOGI MAXENTI IOHANNIS SERVI DEI LIBER I FELICITER L. Schwartz.

XV. 612/616 cf. SCYTH. MON., Disput. XII capit., a' [infra, p. 198, 84/92].

EIVSDEM
CAPITVLA
LIBRI SECVNDI

I. De naturali unitione uerbi dei facta ad propriam carnem.

II. Quod ex diuinitate et humanitate Christus compositus doceatur.

5 III. De eo, quod dicunt : alterum in altero, hoc est, deum uerbum in homine habitare.

IV. De eo, quod scriptum est : *Soluite templum hoc, et in triduo resuscitabo illud.*

V. Quod peruerso intellegentiae sensu accipiant, quod
10 scriptum est : *Nisi manducaueritis carnem filii hominis, non habebitis uitam in uobis.*

VI. Quod non credant uitam esse eum, qui a Iudaeis est crucifixus.

VII. Quod hominem tantummodo, non deum, carne cruci-
15 fixum esse fateantur.

VIII. De eo, quod scriptum est : *Dominus gloriae crucifixus.*

IX. De eo, quod dicunt Christum passum carne, non deum passum carne confiteri debere ; et de eo, quod scriptum est : *Dominum eum et Christum deus fecit.*

20 X. De testimoniis, quibus purum hominem eum, qui pro nostra salute passus est, demonstrare nituntur.

XI. Quod nullatenus unius eiusdemque mirabilia passiones-
que fateantur ; et de eo, quod scriptum est ad Hebraeos : *Decebat enim eum propter quem omnia et per quem omnia, qui*

25 *multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passiones consummare.*

IV. 7/8 Ioh. 2, *19.

V. 10/11 Ioh. 6, *54.

VIII. 10 I Cor. 2, *8.

IX. 10 Act. 2, *36.

XI. 24/26 Hebr. 2, 10.

Tit. INCIPVNT EIVSDEM CAPITVLA LIBRI SECVNDI L. Schwartz, LIBER SECVNDVS. CAPITVLA LIBRI SECVNDI Migne.

I. 1 unione *Migne* dei uerbi ~ *Migne*.

III. 6 habitare in homine ~ *Migne*.

IV. 7 est] *om. Migne*.

IX. 10 Dominum] *deum L.*

XI. 22/23 passionisque *L.*

XII. De eo, quod callide dicitur ab eis : caro dei passa est, deus autem carne passus non est.

XIII. Qualiter deum proprias carnis suae fecisse asserant
30 passiones.

XIV. Quod deum passum carne dolose asserant, deum autem uerbum non passum carne ullo modo fateantur.

XV. Quod negent deum esse, qui uisus et contrectatus et passus carne est, ob id, quod scriptum est : *Deum nemo uidit*
35 *umquam*.

XVI. Quod trinitatem in Christo habitare impie asserant, ob id, quod scriptum est : *Quia in ipso habitat omnis plenitudo deitatis corporaliter*.

XVII. Quod peruerse deum filium, non deum patrem, in
40 Christo habitare asserant, pro eo, quod scriptum est : *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi*.

XVIII. Quod Christum, non carnem Christi, a sancta trinitate creatum et resuscitatum asserant ; quod dum docere conantur, iuxta Arrianos Christum creaturam credere de-
45 prehendantur.

XIX. De eo, quod dicunt : <h>omousion diuidere est, Christum dicere unum ex trinitate.

XX. De eo, quod aiunt : quidquid ex aliquo esse dicitur, alterum ostendit ex altero ; et ideo Christum non oportere
50 unum ex trinitate fateri, sed unum in trinitate ; et qua peruersitate hoc idem ab ipsis haereticis memoretur.

XXI. Quod unam quidem personam Christum ex trinitate fateantur, Christum autem unum ex trinitate stulte denegent ; et quod non ex duabus naturis, sed ex duabus personis
55 unam personam propter unum filii uocabulum et dignitatem et auctoritatem Christum esse impie machinentur.

XV. 34/35 Ioh. 1, 18.

XVI. 37/38 Col. 2, *9.

XVII. 40/41 II Cor. 5, 19.

XIII. 29 asserunt *Migne*.

XIV. 31 dolose] *om. Migne* 32 non p. c. ullo] *restitui*, non p. c. nullo L, (non *om. uel seclus.*) p. c. nullo *Migne Schwartz (cum Cocl.)*.

XVI. 37 ob id quod] et ob id *Migne* 38 diuinitatis *Migne (cum Vulg.)*.

XVII. 40 pro eo] *restitui (iuxta ipsum secundi libri textum, infra, p. 99, 792)*, per id L *Migne*, propter id *Schwartz* scriptum tum L.

XIX. 46 omousion L *Schwartz*.

XX. 49 oportet *Migne* 50 qua] *om. Migne*.

XXII. De eo, quod asserant nihil nos affirmare debere, quod non in scripturis canonicis continetur ; et de <eo>, quod dolose dicant sine Christo trinitatem non esse ; et quod inuicte
60 contra omnes paene eorum uersutias opponatur illud, quod scriptum est : *Ecce Adam factus es<t> quasi unus ex nobis.*

XXIII. De eo, quod ipsum quidem dolose deum natum ex femina dicere uideantur, Christum uero unum ex trinitate nullatenus asseuerent ; et de eo, quod dicunt : sufficit nobis
65 hoc confiteri, uestris autem nolumus uti sermonibus.

XXIV. Quod callide dicatur ab eis : si idipsum iudicatis esse, quod a uobis et a nobis dicitur : quomodo nos ut haereticos aestimatis, quia uestris nolumus uti sermonibus ne occasionem aliis haereticis praebeamus ?

70 XXV. De eo, quod dicunt nihil amplius oportere, nisi quod uerbis synodi continetur, asserere ; et quod haereticos iudicent eos, qui similiter ut ipsi respondent : duas quidem naturas uerbis aliis dicimus, uestris uero nolumus uti sermonibus ne aliis haereticis occasionem dare uideamur.

XXII. 61 Gen. 3, * 22.

XXII. 58 eo quod] *rest. Schwartz*, quod L., quo *Migne* 59 dolosi L. 61 es L.

XXIII. 62 ipsum quidem] *rest. Schwartz*, ipsis quidam L., ex ipsis quidam *Migne* (*cum Cochl.*) 63 uestris autem nolumus] nostris uolumus *Migne*.

XXIV. 67 2^a] *om. Migne* 68 uolumus L.

XXV. 72 consimiliter *Migne*.

Expl. EXPLICIUNT CAPITVLA L. Schwartz.

(LIBER SECVNDVS)

(I.) NESTORIANVS : Memini te et in superiore sermone, cum quaesitum fuisset, utrum in duabus naturis Christum credere<s>, respondisse : in duabus, sed naturali conuentione unitis. Quod, quia subito inter alterius quaestionis prorupit ; indaginem, dilatum est ibi de eo aliquid quaerere ; nunc uero, quoniam nimis impium, et catholicis dogmatibus, quantum arbitror, creditur alienum, deum uerbum naturaliter humanae naturae unitum credere : quonam modo hoc recte possit intellegi, si placet, primitus inquiratur.

- 10 CATH<OLICVS> : Multa quidem in superiore sermone disserentes, nullum apud te prouectum habere potuimus, quia mens, non sanari sed uincere cupiens, auersa ab his, quae dicuntur, ad nihil aliud intenta est, nisi ut inueniat, quod pro suis partibus eloquatur. Quapropter oportebat quidem nihil
15 ulterius tecum de re summa disquirere ; sed, ne nos hoc, defectu potius rationis quam modestia, facere aestimes, cogimur contra propositum tuis obiectionibus respondere. Itaque dixisti, ni fallor : deum uerbum naturaliter humanae naturae unitum credere impium esse, et catholicis dogmatibus alie-
20 num ; quapropter : cur hoc arbitratus es, planius te conuenit explicare.

NEST. : Quidquid fit naturaliter, non uoluntate, sed necessitate fieri intellegitur ; et ideo, si naturaliter deus uerbum propriae carni unitus est, non iam misericorditer, sed impulsu
25 naturae hoc fecisse credendus est.

CATH. : Definis ergo, uniuersa, quae naturaliter fieri dicuntur, necessitate fieri, non uoluntate ?

NEST. : Hoc arbitror : denique esuriem, sitim, somnum, non uoluntate, sed naturaliter patimur. Quod autem non fit
30 uoluntarie, geritur sine dubio necessitate naturae.

CATH. : Haec, quae dicis, compositae et passibilis naturae sunt propria ; impassibili autem et incompositae, non est aliud naturaliter, aliud uoluntarie quippiam facere. Prorsus unum

I. 31/38 cf. AVG., C. sec. Iuliani resp. imperf. op., V, XL.XLII.LIII.LVI.LX [PL 45, col. 1476-1477.1479.1487.1489.1495].

Tit. LIBER SECVNDVS] *suppleni, om. L. Schwartz*, INTERLOCVTORES- NESTORIANVS, CATHOLICVS Migne.

I. 1 1] *abbinc deficiunt capitulorum numeri in L, CAPVT PRIMVM Migne superiori L. Migne Schwartz 2/3 crederes (Cochl.) credere L 4 inter] in Migne 8 quonam modo hoc] quoniam hoc modo Migne posset Migne 9 placeat Migne 11 profectum Migne 13 nihilum Migne 19/20 elienum L 20 NEST.] N. Migne (et sic semper infra) 25 naturali Migne 26 CATH.] C. Migne (et sic semper infra) fieri] om. Migne 29 naturale Migne 30 uoluntate Migne 31 CATH.] om. Migne 33 facere] *add. sed Migne**

atque idipsum est, quia ibi non aliud est natura, aliud uolun-
 35 tas, sed natura uoluntas est, et uoluntas natura. Idcirco deus
 uerbum, cui nulla uoluntas est accidens aut natura passibilis,
 cum dicitur naturaliter carni unitus, non necessitate, sed
 uoluntate creditur hoc fecisse. Alioquin, quaero : utrum natu-
 40 dixeris, sequitur ut non sit naturaliter deus ; si autem natu-
 raliter pergis asserere, erit ergo — iuxta uos — deus necessitate,
 non uoluntate — quod de deo credere magna dementia est. Et
 ideo non est impium, nec catholicis dogmatibus alienum, deum
 uerbum naturaliter propriae carni unitum credere, ad exclu-
 45 dendos eos, qui naturam inuiolabilem non credunt naturaliter
 unitam naturae passibili, sed personae, nescio cuius iam for-
 matae in utero hominis, deum secundum gratiam, siue secun-
 dum illustrationem uel certe dilectionem, fatentur unitum.

<II.> NEST. : Compositionem quandam et confusionem
 50 mihi uideris introducere naturarum, dicens naturaliter naturas
 unitas.

CATH. : Quamuis ex diuinitate et humanitate deum nos-
 trum Iesum Christum compositum siue unitum esse fateamur,
 confusionem tamen naturarum penitus refugimus, quia
 55 utrasque naturas credimus manere perfectas.

NEST. : Compositio contraria intellegitur unitati, quia aut
 confusionem efficit aut non caret diuisione : aedificia denique
 omnia, quae compositione constant, nullo dubitante soluun-
 tur ; ea uero, quae a pigmentariis ex diuersis rebus naturae
 60 componuntur, confusa in se sunt, nec ulla res prorsus in eis
 obtinet proprietatem. Quomodo ergo uos indiuisas aut in-
 confusas naturas in Christo potestis dicere, qui Christum
 compositum praedicatis ?

CATH. : Omne compositum passibile, an impassibile asse-
 65 ris ?

NEST. : Omnino passibile.

CATH. : De non composito quid opinaris ?

NEST. : Profecto <in> impassibilitate subsistere.

38/42 cf. GREG. NAZ., Orat. xxix, 6 [PG 36, col. 80-81] ; AVG., De trin., XV, xx, (38) [CC 50A, p. 516, 25/34] ; AVG., C. serm. Arian., I, 1 [PL 42, col. 684-685] — (cf. Altaner, B., 'Augustinus und Gregor von Nazianz, Gregor von Nyssa', RB 61, p. 57-61 = TU 83, p. 280-284). 42 quod ... est] AVG., De trin., XV, xx, (38) [CC 50A, p. 516, 32/33] (*quam de deo credere magna insania est*).

43 nec] add. a Migne.

II. 50 II] CAP. II Migne. 57 diuisionem L. 59 ex diuersis rebus naturae] restitui, et (c Cochli) diuersis rebus naturis L., a diuersis rerum naturis Migne, e diuersis rebus (sclus. naturis) Schwartz 68 in] suppl. Schwartz, om. L. Migne

CATH. : Christum passibilem, an impassibilem asseris ?

70 NEST. : Post incarnationem prorsus passibilem.

CATH. : Cur ergo *Christum filium dei uiui* refugis compositum confiteri, quem sine dubio dici(s) esse passibilem ?

NEST. : Secundum humanitatem uidelicet Christum compositum fateor, quia et secundum humanitatem eum passibilem credo ; secundum diuinitatem autem incompositum, quia
75 et impassibilem.

CATH. : Quid igitur ? unum eundemque fateris ex diuinitate et humanitate post incarnatione(m) compositum, quem ante incarnationem constat fuisse incompositum ?

80 NEST. : Non, equidem, sed assumptum hominem compositum dico ; eum uero, a quo assumptus est, incompositum.

CATH. : Duos filios, procul dubio, credere deprehenderis : unum compositum, alterum incompositum.

NEST. : Negas ergo tu, diuinitatis naturam esse simplicem
85 et incompositam ?

CATH. : Nullo modo ego hoc denego.

NEST. : Compositum fateris hominem, an incompositum ?

CATH. : Compositum, prorsus.

NEST. : Quomodo ergo negas Christum compositum esse,
90 et incompositum, quem sine dubio deum et hominem confiteris ?

CATH. : Deum quidem et hominem filium dei confiteor ; eos autem, qui non unum eundemque Christum filium dei, et incompositum ante incarnationem et post incarnationem compositum, confitentur, ualde refugio.
95

NEST. : Contractionem quandam diuinae naturae praedicare cognosceris : eundem, dicens, et ante incarnationem incompositum, et post incarnationem compositum. Quomodo autem potest incircumscripta et ubique diffusa natura, circumscriptae et in paruo loco constitutae naturae secundum compositionem uniri ? — nisi forte, ut dixi, aut deita(ti)s contractionem, (a)ut carnis extensionem, factam, impie fateris.
100

CATH. : Opinor corpoream te credere diuinam essentiam : quam, modo contrahi ad carnem, aestimas, modo extendi cum
105 carne, pronuntias.

NEST. : Absit hoc ab animo Christiano.

CATH. : Quid ergo sentis diuinam esse naturam ?

II. 71 Matth. 16, 16 ; Ioh. 11, 27.

72 dici L 78 incarnatione L 85 incompositum L 86 ego] om. Migne
83 unum eundemque] eundem Migne 98 potest (Cocbl.) post te L 101
deitas L, diuinitatis Migne 102 ut L

NEST. : Virtutem, procul dubio, magnam, et ubique totam.

CATH. : Totam ubique : secundum totum, eam dicis exsistere ?

NEST. : Non utique secundum totum ubique est : sed aliter ab ea rationabilia, aliter irrationabilia, aliter autem omni sensu carentia continentur.

CATH. : Tota secundum totum in unoquoque rationali animalis, an particulariter esse cognoscitur ?

NEST. : Particulariter certe inest, non secundum totum, quia singuli quique *de plenitudine eius accipiunt*.

CATH. : Quomodo ergo ubique tota est, quae non est in unoquoque rationali animali tota, sed particulariter ? et quomodo particulariter, quae non est corpus, sed spiritus ?

NEST. : Ipsa quidem ad seipsam tota et secundum totum ubique est ; quantum autem ad creaturam pertinet, non efficit, ut eam rationale animal sibimet adesse aut inesse sentiat, nisi quantum ipsa iudicauerit.

CATH. : Deum uerbum in nullo dissimilem patri, te credere opinor.

NEST. : Arrianorum et Eunomianorum, non catholicorum, hoc dogma est : dissimilem patri filium in parte aliqua credere.

CATH. : Perfectum eum, sicut est patri aequalis, propriae carni dicis unitum ? an secundum aliquid unitum, et secundum aliquid non unitum ?

NEST. : Paulus docuit : *In quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi*.

CATH. : Tota ergo et secundum totum, ut est perfecta dei uerbi diuinitas aequalis patri, carni unita est ?

NEST. : Nullus hoc dubitat Christianus.

CATH. : Quid igitur ? contractionem diuinitatis, an extensionem carnis, factam asseris — quia : non potest, ut dicis, incircumscripta et ubique diffusa natura, circumscriptae et in paruo loco constitutae naturae secundum compositionem uniri — ?

117 Ioh. 1, 16. 132/133 Col. 2, 3.

II. 108. 118 *ubique tota(m)*] cf. Avg., De trin., V, 1, (2) ; XIII, xix, (24) ; XIV, xv, (21) [CC 50, p. 207, 42 ; CC 50A, p. 415, 5 ; 450, 28] ; e.a. — (cf. CC 50, p. 207, app. ad lin. 42).

111 aliter] *om. Migne* 112 eo L autem] *aut Migne* 114 unaq̄q L 124 indicauerit *Migne* 125 te credere (*Cocbl.*)] *decredere L* 128 hoc] *om. Migne*
129 eum] *enim Migne* 130 dicitis *Migne* 140 in] *om. Migne*

NEST. : Neque diuinae naturae contractionem, neque extensionem humanae, factam assero : quia hoc proprie corporum est, non autem spiritus et uirtutis, quae carni uniri secundum
 145 compositionem non potest — praesertim incircumscrip-
 ta, ut dixi, uerbi diuinitas, et omnia continens.

CATH. : Compositum dicis subsistere hominem, an incompositum ?

NEST. : Compositum.

150 CATH. : Ex quibus rebus ?

NEST. : Ex anima, utique, et carne.

CATH. : Animam consubstantiali carnem asseris, an diuersae naturae ?

NEST. : Diuersae omnino.

155 CATH. : Vtrum, quia non sit caro, et sit corpus ? — quia, quamuis omnis caro corpus, non tamen omne corpus caro est.

NEST. : Nullo modo ego corpus dico animam esse.

CATH. : Quid ergo dicis ?

NEST. : Spiritum, sine dubio, sed non incircumscriptum.

160 CATH. : Totam fateris eam diffusam per singula membra, an maiorem quidem partem eius in maiore membro, minorem uero in minore ?

NEST. : Totam in unoquoque membro corporis sui eam esse credo : quia, licet sit circumscrip-
 165 ta, partibus tamen eam constare nullo modo opinor, quia, truncatis membris corporis, ipsa integra perseueret.

CATH. : Si ergo anima, quae non est corpus sed spiritus, carni secundum compositionem unita, nullam contractionem in minore, nullam extensionem in maiore patitur membro,
 170 sed, sine sui confusione, tota in maiore, tota esse creditur in minore : quo pacto diuinitas dei uerbi, secundum compositionem propriae carni unita, contractionem aut extensionem siue confusione sustinuisse credenda est ? — exemplo enim animae ad carnem factae unitio-
 175 nis, quam secundum compositionem fieri non negasti, omnes doctores ecclesiae et illustres uiri, dei uerbi ad propriam carnem unitio-
 nem factam docere monstrantur.

NEST. : Omne compositum partibus constare, nulli est dubium ; pars autem minus est quam totum. Est ergo deus uer-
 180 bum pars Christi, quem ex diuinitate et humanitate compositum asseris ; et, si deus uerbum pars est Christi, et deus uerbum — iuxta uos — minor Christo, cuius et pars est. Quod si pars Christi deus est : quomodo deus, si imperfectus est ?

142 diuinae] *om. Migne* 147 subsistere] *sustinere Migne* 160 feteris *L*
 160 perseuerat *Migne* 166 carnis *L* 176/171 tota* ... minore] *in marg. L*

185 CATH. : Non est imperfectus deus uerbum, quia non, ut
 perficeretur, assumptione carnis indiguit ; sed, ut caro per-
 ficeretur in melius commutata, carni se uniens, compositus
 factus est, qui ante erat sine dubio summe simplex et in-
 compositus perfectusque per omnia, utpote deus — scriptum
 190 enim de eo est : *Quia bonorum nostrorum non egeat* — : nihil
 enim illi contulit aut detraxit, assumpta pro nostra salute
 humana natura, quam unitione sua ipse potius ineffabiliter
 glorificauit. Neque minor est deus uerbum Christo, quia ipse
 est Christus ; nec seipso minor esse potest, qui, et assumpta
 195 carne, idem mansit deus, sine dubitatione, perfectus. Alio-
 quin, si et post incarnationem negatur Christus esse com-
 positus, mansit ergo, ut erat antea, simplex et incompositus :
 et, quia res summe simplex et incomposita nullam omnino
 in se recipit passionem, sicut superius etiam ipse professus es,
 200 non est ergo — iuxta uos — Christus pro humana salute per-
 pessus ; si autem, simplex manens et incompositus, passus
 est, iam non simplex et incomposita natura est impassibilis.
 Quod si simplex et incomposita natura impassibilis non est,
 ergo passibilis est Christi diuinitas ; si autem Christi diuinitas
 205 impassibilis permanet — sicut et uerum est —, restat ut natu-
 ra simplex et incomposita non sit passibilis, quia, quamuis
 Christus diuinitatis suae simplicitatem et impassibilitatem
 etiam post unitiorem compositionemque conseruet, tamen,
 propter unitam sibi carnem, iuste ad ipsam compositus esse
 210 credendus est. Quapropter, dum non uis post incarnationem
 Christum fateri compositum : aut diuinitatis eius naturam
 compositam et passibilem conuinceris credere, aut certe
 Christum, quem etiam post incarnationem simplicem et in-
 compositum, ut erat antea, asseris, nullatenus passum pro
 215 humana salute testeris.

NEST. : Nec diuinam naturam passibilem credo, quam sum-
 me simplicem et incompositam dico ; et Christum pro humana
 salute passum confiteor, quia non deum tantum, sed et homi-
 nem eum cognosco. Quaero autem : utrum compositionem

190 Ps. 15, *2.

188/189 nulli est dubium] non dubium est *Migne* 187 uniens (*Cocbl.*) ueniens L
 188 erant L 194 qui] *om. Migne* 199 recepit L 202 et] *om. Migne*
 205 uerum (*Cocbl.*) uerbum L 209 compositum L 216/217 summam L
 219 agnosco *Migne*

220 hanc in uulua uirginis factam asseras, an postquam *peperit filium suum primogenitum* ?

CATH. : In uulua, prorsus : nam quomodo deum natura crederem, quem secundum compositionem carni unitum fateor, si post partum compositionem naturarum assererem ?

225 — haec enim nec compositio nec unio creditur, sed alterius in altero habitatio.

<III.> NEST. : Docuisti certe, quod multis hactenus uerborum ambagibus tegere uidebaris : compositionem <n>ullatenus naturarum seruare proprietatem.

230 CATH. : Quonam modo compositionem docui naturarum non seruare proprietatem ?

NEST. : In eo, quod inhabitationi eam contrariam iudicas.

CATH. : Sicut non confundit naturas unio, ita nec compositio, quia nec animae aut carnis naturae, quae secundum 235 compositionem unitae sunt, confunduntur in sese. Alterius autem in altero inhabitatio prorsus duorum est ; deus autem et homo, non alter in altero est, sed idem deus, idem homo est.

<IV.> NEST. : Quamuis secundum unionem unus idemque 240 sit deus et homo, secundum naturas tamen alter deus est, alter homo. Nam si ipse deus homo est etiam secundum naturas : quomodo non dicit : 'Soluite me', sed : *Soluite templum hoc, et in triduo suscitabo illud* ?

CATH. : Miror te uoces euangelicas, quas tuis credis asser- 245 tionibus conuenire, memoria retinere, eas uero, quas tuis partibus agnoscis esse contrarias, quasi numquam audieris, praeterire. An uero, qui dixit : *Soluite templum hoc*, non ipse, post infusum a muliere super caput suum unguentum, dixisse fertur : *Sinite eam. Bonum opus operata est in me. Mittens nam-* 250 *que haec unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit* ? Cernis, non alium esse sepultum, nisi eum, cuius et templum est ?

220/221 Matth. 1, 25.

IV. 242/243 Ioh. 2, *19. 247 Ioh. 2, 19. 249 Matth. 26, *10 ; Marc. 15, 6.
249/251 Matth. 26, *12 ; Marc. 14, *8.

224 assererent Migne.

III. 227 III] CAP. III Migne, om. bic Schwartz (cf. infra, lin. 232) 228/229 ullatenus L 232 III bic Schwartz (cf. supra, lin. 227) 234 aut] et Migne.

IV. 229 IV] om. bic Migne (cf. infra, lin. 244) 240 et] om. Migne 244 CAP. IV bic Migne (cf. supra, lin. 239)

NEST. : Si ille sepultus est, cuius et templum est, restat ut templum nec solutum sit, nec sepultum.

255 CATH. : Quoniam, sub nomine templi, alium sepultum, alium insepultum, mihi uideris asserere : templum quid intellegis, si placet, lucidius manifesta.

NEST. : Mea expositione non indiget, quod ab euangelista constat expressum. Denique, post illam domini uocem expositionis, dicentis : *Soluite templum hoc, et in triduo resuscitabo illud*, mox secutus adiunxit : *Hoc autem dicebat de templo corporis sui*.

CATH. : Corpus hoc, dei, an hominis esse dicis ?

NEST. : Hominis, sine dubio, assumpti.

265 CATH. : Si hominis assumpti hoc corpus est : corpus ergo hoc assumpti hominis templum est ?

NEST. : Non est templum hominis assumpti, sed eius, qui in ipso habitat inuisibiliter.

CATH. : Et quis est inuisibilis templo inhabitans ?

270 NEST. : Deus, procul dubio.

CATH. : Est ergo corpus, non hominis assumpti — ut asseris —, sed dei, cuius et templum est.

NEST. : Si corpus esset exanime, in quo inuisibilis deus habitaret, esset utique corpus dei, non hominis assumpti ;
275 uerum, quia corpus animatum est, in quo habitat deus, est corpus non dei, sed hominis assumpti.

CATH. : Non ergo corpus, sed homo templum est dei ? — quia in corpore animato, quod est sine dubio homo, asseris habitare inuisibilem deum.

280 NEST. : Num tibi hoc non uidetur ?

CATH. : Absit ; hoc enim omnino contrarium est euangelistae expositioni, qui non dixit : *Hoc autem dicebat* 'de templo hominis sui', sed : *de templo corporis sui*.

NEST. : Vt mihi uidetur : animam non credis habuisse
285 Christum ?

CATH. : Procul a me omnino sit ista calumnia.

NEST. : Quomodo ergo, quasi contrarium, respuis, quod a nobis deus dicitur habitare in homine — si corpus et animam habere Christum fateris — ?

200/201 Ioh. 2, *19.

201/202 Ioh. 2, *21.

202/203 Ioh. 2, *21.

255/256 insepultum ... sepultum ~ *Migne* 256/257 intelligas *Migne* 250
domini] debent *Migne* 267 assumpti hominis ~ *Migne* 200 templum *Migne*
279 deum inuisibilem ~ *Migne* 282 qui dixit hoc autem non ~ *Migne* 288
et] om. *Migne*

290 CATH. : Quia corpus, non hominis assumpti — ut tu asseris —, sed dei, confiteor, cuius et animam esse credo ; et ideo non deum in homine, sed deum in corpore praedico. Alioquin nihil est aliud, dicere deum in homine, nisi hominem dei ; sicque iam non deus homo, sed homo dei, intellegitur Christus — quod de omnibus, qui deo fideliter seruiunt, dici potest.

295 <V.> NEST. : Si corpus dei est, non assumpti hominis : cur non est dictum : *Nisi manducaueritis 'carnem dei', sed : carnem filii hominis, non habebitis uitam in uobis ?*

CATH. : Quamuis caro sit filii hominis, ipsa tamen caro filii 300 hominis, caro dei est. Nam, si caro dei non est : quomodo potest uitam aeternam praestare credentibus ?

NEST. : Quia hoc illi a deo, sibi unito, est praestitum.

CATH. : Si deo unita est caro : quomodo non est caro dei ?

NEST. : Quia contra manifestam euangelii uocem inuere- 305 cunde contendis, quaero : Qui<s> est, qui, ad passionem properans, *dicat discipulis suis : Accipite et edite ex hoc omnes : hoc est enim corpus meum, quod pro uobis frangetur in remissionem peccatorum ?*

CATH. : Ille est, nimirum, qui dixit : *Ego sum uia, ueritas* 310 *et uita.*

<VI.> NEST. : Vita ergo manibus comprehenditur impiorum, uita crucifigitur, postremo moritur uita ? Et, si uita est mortua : quis uitam mortuis praestare credendus est ?

CATH. : Si is, qui uita est, non est crucifixus et mortuus, 315 sperare uitam mortui nullatenus debent. Verum, quia crucifixus est et mortuus is, qui est uita, non me, sed beatum Petrum ad Iudaeos audi clamantem : *Petistis inquit uirum homicidam donari uobis ; auctorem uero uitae interemistis.*

V. 297/298 Ioh. 6, *34. 306/308 Matth. 26, *26 ; Marc. 14, *22 ; Luc. 22, *19 ; 1 Cor. 11, *24. 309/310 Ioh. 14, *6.

VI. 317/318 Act. 3, *14-15.

V. 300/310 cf. IOAN. II, Epist. ad senat., 14 [ACO IV, II, p. 208, 14].

VI. 316/318 cf. IOAN. II, Epist. ad senat., 16 [ACO IV, II, p. 208, 17/19].

291 confiteris *Migne* 304 non iam ~ *Migne*.

V. 296 v] CAP. V *Migne* 297 est] *om. Migne* 302 praestitutum *Migne* 305 Quis (*Cocbl.*) qui L. 309 CAP. VI *bis Migne* (cf. *infra*, lin. 311).

VI. 311 v1] *om. bis Migne* (c. *supra*, lin. 309) 312 est] *om. Migne* 317 uirum] *uerum Migne*

NEST. : Quamuis *auctor uitae* proprie deus esse credatur,
 320 tamen, quia et homines auctores uitae possumus appellare,
 qui disciplinam tradunt bene uiuendi : manifestius doce, si
 uales, crucifixam uel mortuam uitam.

CATH. : Quamquam non homines, qui disciplinam tradunt
 bene uiuendi, sed deus solus *auctor uitae* recte credatur, tamen,
 325 etsi eum, qui est uita, mortuum et crucifixum ex scripturis
 docuero, rursus, ad alia te conuertens, dum non uis cedere
 ueritati, superfluas quaestiones mouere non desinis.

NEST. : Si nollem cedere ueritati, numquam ea, quae me
 mouent, in medium discutienda proferrem ; tu uero, dum non
 330 uales respondere obiectionibus, nobis, quasi superflua quaerentibus
 insultas.

CATH. : Verum hoc omnino est : quod non ego, sed ipse, de
 quo agitur, tuis pro me respondit obiectionibus ; teque suum
 aduersarium notans, loquitur in deuteronomio ad populum
 335 Israhel : *Et uidebitis inquit uitam uestram pendentem in ligno,
 et non credetis ei.*

<VII.> NEST. : Et quomodo potest uita per se pendere in
 ligno ?

CATH. : Illo modo, quo deus, qui est uera uita, factus homo
 340 creditur.

NEST. : Deus ergo a Iudaeis est crucifixus ?

CATH. : Non mihi, sed prophetae crede dicenti : *Si affigit
 homo deum, quia uos configitis me ? gens tota.*

319 Act. 3, 15. 324 Act. 3, 15. 335/336 Deut. 28, *66.

VII. 342/343 Mal. 3, *8.9.

VII. 342/343 cf. Hieron., In Mal., III, 8-12 [CC 76A, p. 934, 269/272 .281/283].

334/336 cf. Ioan. II, Epist. ad senat., 14 [ACO IV, II, p. 208, 12/13].

VII. 342/343 cf. Ioan. II, Epist. ad senat., 15 [ACO IV, II, p. 208, 15/16].

319 propriae *Migne* 324 uitae] *add. non Migne* 336 cedere] *restitui (ut supra, p. 46, 94 et infra, lin. 328 ; cf. etiam infra, p. 117, 49 ; p. 136, 412), credere L. Migne Schwartz* 338 CAP. VII hic *Migne* (cf. infra, lin. 337) credere *Migne* (cf. supra, lin. 326) 334 deuteronomium L 335 creditis L.

VII. 337 VII] *om. hic Migne* (cf. supra, lin. 328) 339/341 CATH. Illo ... creditur. NEST.] *om. Migne*

NEST. : Falsum est omnino, numquam hoc in ecclesiasticis
345 libris legitur, quamuis scriptum sit in Malachia propheta : *Si*
supplantat homo deum, quia supplantatis me uos ? gens tota.

CATH. : Non est dubium, ita, ut dicis, in antiqua contineri
editione ; in nouella uero illud, quod a nobis est positum.
Verum, si tibi recens contemnenda uidetur editionis auctori-
350 tas, audi apostolum clamantem : *Dominum gloriae crucifixum.*

〈VIII.〉 NEST. : Si *dominus gloriae crucifixus*, deus creden-
dus est crucifixus : est ergo et *Iacobus frater dei*, quia et *frater*
domini dicitur ?

CATH. : Non est alter deus, alter dominus, sed *dominus*
355 *ipse est deus*, propheta dicente : *Scitote quod dominus ipse est*
deus ; et ideo recte omnino deus gloriae a Iudaeis creditur
crucifixus, nec est, secundum hanc prophetae uocem, contra-
rium ueritati, *Iacobum fratrem domini*, fratrem dei dicere
secundum carnem.

360 〈IX.〉 NEST. : Noua quaedam et intolerabilis doctrina haec
uestra est, quae deum passibilem praedicat, cum de eo, qui
a Iudaeis est crucifixus, Petrus apostolus, in actibus apostolo-
rum, manifeste testificetur, dicens : *Notum sit omnibus uobis*
et omni plebi Israhel, quia in nomine Iesu Christi Nazareni,
365 *quem uos crucifixistis, quem deus suscitauit a mortuis, in hoc*
iste astat coram uobis sanus, et iterum : *Certissime inquit sciat*
omnis domus Israhel, quia dominum eum et Christum deus fecit
hunc Iesum, quem uos crucifixistis. Cum ergo a deo eum, quem
Iudaei crucifixerunt, dominum et Christum factum, testetur
370 apostolus, non in occulto est, qui sit *dominus gloriae* intel-
legendus, uel certe, qui a Iudaeis credendus est *crucifixus* ;
neque enim in tantum erroris abruptum credo uos deuenisse,
ut filium dei deum a deo factum dominum esse credatis. Vnde
docemur, per hanc apostoli sententiam et illam a te prolatam

343/346 Mal. 3, *8.9 (LXX). 350 I Cor. 2, *8.

VIII. 351 I Cor. 2, *8. 352/353 Gal. 1, 19. 354/355 Ps. 99, 3. 355/356
Ps. 99, *3. 358 Gal. 1, 19.

IX. 363/366 Act. 4, *10. 366/368 Act. 2, *36. 370/371 I Cor. 2, *8.

350 cf. IOAN. II, Epist. ad senat., 17 [ACO IV, II, p. 208, 20/21].

347 ut] *add. tu Migne.*

VIII. 351 VIII] CAP. VIII Migne 352 dei (Cochl.)] domini L.

IX. 360 IX] *om. hic Migne (cf. infra, lin. 381)* 367 et Christum eum ~ Migne
369 et] *om. Migne* 372 abruptum L.

375 prophetae uocem, domini nomen non semper deum significare, sed aliquando tantum deum, aliquando hominem : et ideo non cogimur deum intellegere crucifixum, eo, quod ab apostolo *dominus gloriae* dicitur *crucifixus* ; nec, quia *Iacobus frater domini* dicitur, 380 fratrem eum credimus dei.

CATH. : De Iesu Nazareno, quod deus sit, arbitror me sufficienter, tam ratione quam etiam testimoniis, in superiore sermone docuisse, sed infidelibus totum nihil est. De eo autem, quod magnum errorem esse iudicas, deum factum 385 dominum a deo credere, quia dictum est a Petro de Iesu crucifixo : *Qu<i>a dominum eum et Christum deus fecit*, quaero : utrum, cum esset Iesus, et tamen non esset dominus, factus est a deo dominus ? an, cum esset dominus, factus est a deo dominus ?

390 NEST. : Quomodo, si esset dominus, a deo fieret dominus — cum fiat nemo, quod est — ? Sed, quia non erat dominus, ideo a deo factus dicitur dominus.

CATH. : Erat ergo, quando non erat, Iesus, dominus ?

NEST. : Non erat, antequam fieret, dominus.

395 CATH. : Quomodo ergo dixisti : si esset dominus, non fieret a deo dominus, sed, quia non erat dominus, ideo a deo factus est dominus ?

NEST. : Quia, antequam nasceretur, non erat, qui fieret, dominus ; nec posteaquam natus est, factus est dominus, sed 400 in ipsa prorsus uulua, unitione filii dei, factus est dominus.

CATH. : Alter ergo est filius dei, alter Iesus, qui, unitione filii dei, fit dominus ?

NEST. : Idem ipse est, sicut superius iam dixi, dignitate et auctoritate, non autem secundum naturas.

405 CATH. : Secundum naturas ergo duo sunt, sed dignitate et potentia unus est filius ? et qui(s), ex his, *formam serui accepisse* credendus est ?

NEST. : Non sunt duo filii, ut tu somnias, sed unus est filius dei, quem tamen in duabus naturis unitis credimus ; 410 qui etiam, *cum esset in forma dei, formam serui accepit*.

CATH. : Accepit ergo filius dei, cum esset deus et dominus, forma(m) serui, et factus est seruus, in forma serui ; an hoc credere errorem fateris ?

378/379 I Cor. 2, *8. 379 Gal. 1, 19. 386 Act. 2, 36. 406/407 Phil. 2, 7.
410 Phil. 2, *6. Phil. 2, 7.

377 et] om. Migne 381 CAP. IX hic Migne (cf. supra, lin. 360) 386 qua L
395 quomo L 402 fit] sit Migne 406 qui L Migne 411 et] om. Migne
412 forma L et factus ... forma serui] om. Migne (ob homosotet.)

NEST. : Qui hoc non credit, prorsus paganus est.

- 415 CATH. : Si ergo non est error, filium dei deum, cum esset deus et dominus, utpote aequalis deo patri, in forma serui factum credere seruuum, quia hoc etiam ipse de ipso testatur, dicens ad patrem : *Ego seruus tuus et filius ancilla(e) tuae* : non est omnino error, filium dei deum, secundum id, quod
 420 factus est seruus, credere a deo patre dominum factum. Et idcirco non — ut tu dicis — aliquando deus tantum, aliquando homo tantum, aliquando uero deus et homo : sed semper dominus intellegendus est deus, et deus intellegendus est dominus, quia non alter a deo factus dominus praedicatur,
 425 nisi is, qui, formam serui accipiens, factus est seruus, cum esset ante saecula dominus gloriosus, quem Paulus a Iudaeis praedicat *crucifixum*. Hinc est, quod clamat ad patrem : *Pater, glorifica filium tuum, ea gloria quam habuit apud te priusquam mundus fieret*. Numquid uox ista non illius est,
 430 qui dixit : *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde* ? Numquam enim filius dei deus a patre deo fieret dominus, nisi, cum esset utpote deus, formam serui accipiendo factus esset seruus ; nec se glorificari precaretur a patre, si non, cum esset *apud patrem priusquam mundus fieret* gloriosus, semet-
 435 ipsum sponte pro nostra salute humiliasset. Fit ergo dominus, et glorificatur a patre, Iesus filius dei deus, non *ea gloria*, 'quam non habuit', sed *quam habuit apud patrem priusquam mundus fieret*. Quapropter dubitandum omnino non est, natura deum esse Iesum, quem, sicut dominum a deo factum, ita
 440 etiam eum glorificatum a deo praedicat Petrus apostolus, dicens : *Deus Abraham et deus Isaac et deus Iacob glorificauit filium suum Iesum, quem uos quidem negastis ante faciem Pilati, iudicante illo dimitti*.

- NEST. : Nisi haec omnia propter unionem dei ad hominem
 445 factam credideris, diuinitatem procul dubio passibilem praedicare conuinceris.

CATH. : Diuinitatem quidem passibilem nullatenus praedico, deum autem carne passum omnino confiteor, quia Iesum Christum deum uerum agnosco.

- 450 NEST. : Nullo modo ego deum passum carne profiteor, quod in scripturis sanctis nullatenus legitur, sed Christum passum carne, sequens Petrum apostolum, fateor.

418 Ps. 115, 16.

427 1 Cor. 2, *8.

428/429 Ioh. 17, *5.

430 Matth. 11, 29.

434 Ioh. 17, *5.

436/438 Ioh. 17, *5.

441/443 Act. 3, *13.

418 ancilla L
 (cum Cocbl.)

427 exclamat Migne

435 ergo] om. Migne

432 esset] add. dominus Migne Schwartz

450 ego] om. Migne

CATH. : Ego quidem utrumque confiteor : et deum passum carne, et Christum passum carne, quia : *Christus super omnia*
 455 *deus est*. Tu autem ideo refugis, deum passum carne, dicere, quia Christum non credis deum esse. Quod si, Christum deum esse, non denegas : passum Christum carne, hoc est omnino quod, deum passum carne, dicere, quia Christus qui passus est, sine dubio deus <est>.

460 NEST. : Si idipsum est, deum passum carne, quod, Christum passum carne, dicere : est ergo — iuxta uos — non solum filius, uerum etiam pater, Christus, quia deus procul dubio etiam ipse est.

CATH. : Non est pater Christus, quamuis sit deus, <ne>que
 465 idipsum est deus, quod est Christus ; filius autem ideo est Christus, quia non idipsum est, sed quia ipse est deus Christus. Hac de causa utrumque confitentur catholici : et deum passum carne, et Christum passum carne.

<X.> NEST. : Si deus est Christus : quis est, qui dicit Iu-
 470 daeis : *Qui <d> me uult <is> occidere, hominem qui ueritatem locutus sum uobis ?*

CATH. : Ille omnino, de quo scriptum est, quia : *Quaerebant eum interficere Iudaei, non solum quia soluebat sabbatum, sed quia dicebat patrem suum deum esse, aequalem se faciens deo.*
 475 Numquid relinquitur nobis adhuc ullus ambiguitatis scrupulus, quin credatur natura deus esse Iesus Christus ? — quia, si gratia, et non natura, deus esset, numquam se aequalem faceret deo.

NEST. : Fallitur ergo Paulus, dicens : *Per hominem mors,*
 480 *et per hominem resurrectio mortuorum ?*

CATH. : Et quomodo *per hominem* potest esse *resurrectio mortuorum*, nisi sit ipse homo resurrectio, qui clamat in euangelio : *Ego sum resurrectio et uita ?* Et, quia *resurrectio et uita* omnium non, nisi quia deus, est, procul <du>bio idem

454/455 Rom. 9, *5.

X. 470/471 Ioh. 8, *40. 472/474 Ioh. 5, *18. 470/480 I Cor. 15, 21.
 481/482 I Cor. 15, 21. 483.483/484 Ioh. 11, 25.

450 est²] om. L, post est¹ suppl. Schwartz 461 est] om. Migne 464 neque] rest.
 Schwartz, que L, quia non Migne 465 idipsum] ipsum Migne.

X. 400 x] CAP. x Migne 470 qui me uult L 474 esse deum ~ Migne
 476 quin] Schwartz, quia L, quo non Migne 484 quia] om. Migne bio L

485 homo deus est, per quem resurrectionem esse apostolus praedicat.

NEST. : Ignarus ergo omnino huius sacramenti deprehenditur idem apostolus, dicens : *Mediator dei et hominum, homo Christus Iesus* ?

490 CATH. : Sicut non est huius sacramenti ignarus apostolus, ita nec sibimetipsi contrarius, dicens : *Secundum aduentum magni dei, et saluatoris nostri Iesu Christi ; qui dedit semetipsum pro peccatis nostris*. Cum ergo homo Iesus Christus *mediator dei et hominum* magnus deus est, *qui dedit semetipsum*
495 *pro peccatis nostris* : non est omnino contrarium, sed unum idemque, deum passum carne, et Christum passum carne, modis omnibus confiteri. Vnde etiam ecclesia dei unius eiusdemque mirabilia et passiones agnoscit. Quapropter, si quis utrumque non confitetur : aut ut Iudaeus fugiendus est, aut
500 cauendus ut Manichaeus.

<XI.> NEST. : Callida quadam et subtilissima fallendi arte hactenus tibi aditus fuit ; nunc autem nullum tibi poterit esse suffugium, unius eiusdemque filii dei praedicanti mirabilia et passiones, cum apostolus manifeste, ad Hebraeos, dominum
505 Iesum Christum a deo uerbo per passiones doceat consummatum, dicens : *Decebat enim <eum>, propter quem omnia et per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passiones consummare*. Cernis a deo uerbo, *propter quem omnia et per quem omnia, qui multos filios in*
510 *gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum*, procul dubio Iesum Christum, per passiones consummatum ? Quando ergo, unius eiusdemque mirabilia et passiones, credendae sunt, cum per passiones alter ab altero consummetur ?

CATH. : Magnum mihi omnino dedisti refugium, magnaque
515 mihi adaperata est ianua, in qua, illo me ducente, ingressus, qui dixit : *Ego sum ostium*, non callidis — ut asseris — ad fallendum artibus, sed uerissimis potius documentis, tuam imperitiam perfidiamque redarguam. Nam, cum apostoli

488/489 1 Tim. 2, 5. 491/493 Tit. 2, *13-14. 494 1 Tim. 2, 5. 494/495 Tit. 2, *14.

XI. 506/508 Hebr. 2, 10. 509/510 Hebr. 2, 10. 516 Ioh. 10, 9.

485 deus] om. Migne 488/489 praedicet Migne 489 Iesus Christus ~ Migne
490 ignarus huius sacramenti ~ Migne 494 deus] om. Migne 496 idemque (Cochl.) eundemque L.

XI. 501 XI] CAP. XI Migne 506 enim eum] restitui (cf. supra, p. 73, 24 et infra, lin. 531), enim L. Schwartz, cum Migne 511 Quando] Quomodo Migne 514 suffugium Migne 518 Nam cum] rest. Schwartz, Nondum L, Nam dum Migne (cum Cochl.)

sententiam non intellegas, alterum passibilem, alterum im-
 520 passibilem dei filium praedicare conuinceris. Nec enim — ut
 imperite asseris — deus uerbum, salutis nostrae auctorem
 consumma(t) per passiones : sed deus pater, deum filium
 Iesum Christum, *propter quem omnia et per quem omnia,*
auctorem <salutis> filiorum, consummat per passiones. Quis
 525 enim hic, *auctorem salutis filiorum* per passiones consumma-
 tum, alium permittitur intellegere, nisi eum, *qui multos filios*
in gloriam adduxerat : propter quem omnia et per quem omnia ?
 Nam, cum superius dixisset : *Eum qui modicum quam angeli*
minoratus est, uidemus Iesum propter passionem mortis gloria
 530 *et honore coronatum, ut gratia dei pro omnibus gustaret mortem,*
 secutus mox intulit, dicens : *Decebat enim <eum>* — hoc est,
 deum patrem, *propter quem omnia et per quem omnia — :*
auctorem salutis eorum — uidelicet, quos in gloriam adduxerat,
 filiorum ; qui etiam, cum esset aequalis deo, paulo minus
 535 *quam angeli minoratus : gratia dei patris pro omnibus gustauit*
mortem — per passiones consummare. Sed manifestius hoc et
 lucidius, in ipsius epistolae principio, perdocemur : *Multi*
farie inquit et multis modis olim deus loquens patribus in prophetis,
nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit
 540 *heredem uniuersorum, per quem fecit et saecula ; qui cum sit*
splendor gloriae et figura substantia(e) eius, portansque omnia
uerbo uirtutis suae, purgationem peccatorum faciens sedit ad
dexteram maiestatis in excelsis, tanto melior angelis effectus,
quanto differentius prae illis nomen hereditauit. Ecce auctor
 545 salutis, *qui multos filios in gloria(m) adduxerat : purgationem*
faciens peccatorum, quae nulla utique potest fieri sine sanguinis
 effusione ; sicut alio loco idem docet apostolus : *Splendor glo-*
riae et figura substantiae dei, et portans omnia uerbo uirtutis
 550 *suae, fit etiam ipse melior angelis, et sedit ad dexteram maiesta-*
tis, per quem facta saecula praedicantur ; qui, paulo minus

523 Hebr. 2, 10. 524.525 Hebr. 2, *10. 526/527.527 Hebr. 2, 10. 528/
 530 Hebr. 2, *9. 531/532 Hebr. 2, 10. 533 Hebr. 2, 10. Hebr. 2, *10.
 534/535 Hebr. 2, *9. 535/536 Hebr. 2, 9. 536 Hebr. 2, 10. 537/544
 Hebr. 1, *1-4. 545 Hebr. 2, 10. 545/546 Hebr. 1, *3. 546/547 Hebr. 9,
 22. 547/548 Hebr. 1, 3. 548/549 Hebr. 1, *3. 549 Hebr. 1, 4. 549/
 550 Hebr. 1, 3. 550 Hebr. 1, *2. 550/551 Hebr. 2, *9.

519 intelligis Migne 521 deus] dei L auctorem salutis nostrae ~ Migne
 522 consumma L 524 salutis] suppl. Schwartz, om. L Migne 528 angelis L
 529/530 gloriam et honorem L 531 eum] hic suppleui (cf. supra, lin. 506), om. L
 Schwartz, post patrem (lin. 532) suppl. Migne hoc est] scilicet Migne 538 modis
 om. Migne 541 substantia L 542 sedet Migne (cum Vulg.) 543 gloria L
 547 effusionem L docet (Cochl.)] doctor L 548 dei] add. patris Migne
 et] rest. Schwartz, est L, om. Migne 549 sedet Migne (cum Vulg.)

quam angeli minoratus : gratia dei patris, sicut dictum est, pro omnibus gustavit mortem ; de quo dictum est : Propter quem omnia et per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat. Non est ergo alter deus uertum, propter quem omnia et per
 555 quem omnia, nisi auctor salutis, Iesus, qui, purgationem faciens peccatorum, multos filios adduxit in gloriam, a patre per passionem consummatus, sicut idem apostolus de eo ait : Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.

<XII.> NEST. : Nihil omnino agit intentio tua, nisi ut,
 560 quantum in se est, deum impassibilem et immortalem, passum et mortuum doceat.

CATH. : Quia negas deum eum, qui pro humana salute est crucifixus, quaero : quem asseris incarnatum ?

NEST. : Verbum, procul dubio, sicut euangelista testatur,
 565 dicens : Et uerbum caro factum est, et habitauit in nobis.

CATH. : Deus uerbum, qui incarnatus est, ipse et passus est ? an alius incarnatus, alius uero passus est ?

NEST. : Incarnatus quidem deus est ; passus autem deus non est, sed caro dei.

570 CATH. : Magnam nobis spem de teipso dedisti. Nam qui hactenus carnem non dei, sed assumpti hominis asserebas, nunc dei eam confessus es. Verum quia parum liquet quod dic(is) tu : non est deus passus, sed caro dei : si placet, hoc edissere manifestius ; nimis enim absurdum esse uidetur, quod
 575 dicis. Si enim caro dei passa est : quomodo deus carne passus non est ? et, si deus passus non est carne : quomodo caro dei est passa ? — nisi forte carnem exanimem, et desertam a deo, Iudaei crucifixisse credendi sunt. Quod quia nimis stultum est, carnem sine anima a Iudaeis credere crucifixam, restat ut
 580 caro animata dei a Iudaeis crucifixa credatur, quod est, procul dubio, homo. Cui assertioni uestrae — hoc est : non deum carne, sed carne(m) dei dicere passam — si credulitas admittatur : quid aliud creditur, nisi quia homo dei est passus ? — quod etiam <de> Petro et Paulo dicere fas est, quia et ipsi
 585 homines dei dicuntur et pro ipso sunt passi.

552 Hebr. 2, 9. 552/553 Hebr. 2, 10. 554/555 Hebr. 2, 10. 555, 556 qui — multos ... gloriam] Hebr. 2, *10. 555/556 purgationem ... peccatorum] Hebr. 1, *3. 556/557 Hebr. 2, *10. 557/558 Rom. 8, *32.

XII. 565 Ioh. 1, 14.

551 angelis minoratur L 554 alter] om. Migne.

XII. 559 XII] om. hic Migne Schwartz 562 CAP. XII hic Migne 568 XII hic Schwartz est ... deus] om. Migne (ob homosotel.) 573 dicis tu] restitui, dictum (fort. ex diē tu male interpr.) L, dictum est Migne Schwartz (cum Cocbl.) edisserere L 575 dicis] restitui, dicitur L Migne Schwartz (cf. infra, lin. 753, ad u. 'testaris') 579 animam L 582 carne L 584 de (Cocbl.)] om. L.

<XIII.> NEST. : Deus quidem passus non est, quia, deum passibilem praedicare, sacrilegum est ; sed deus sui corporis fecit proprias passiones.

CATH. : Proprietas multis intellegitur modis. Nam et ecclesia corpus eius dicitur, eiusdemque ecclesiae facit deus proprias passiones, pro qua etiam in caelo positus clamat : *Saule, Saule, quid me persequeris ?* ; et unusquisque fidelium membrum eius est, sicut idem docet apostolus, dicens : *Vos estis corpus Christi, et membra de membro* ; sed et panis ille, quem uniuersa ecclesia in memoriam dominicae passionis participat, corpus eius est. Quapropter : quomodo deum corporis sui proprias fecisse asseris passiones, exemplis te planum facere conuenit.

NEST. : Faciam quantum potuero, modo ut te ab hac intentione deuertam, quo[d] ulterius desinas, deum uerbum passum carne, asserere, quamuis caro dei sit passa. Quae non ita dicitur, corpus dei, ut ecclesia, nec ita, ut panis ille, quem in memoriam passionis Christi participat uniuersa ecclesia : sed dei ita dicitur corpus, ut alicuius hominis proprium, quod indutus est, uestimentum, quod, cum ab aliquo scissum fuerit, iniuria ad eum refertur, qui [in] ipso indutus est. Secundum hanc igitur rationem facit deus corporis sui proprias passiones.

CATH. : Facit ergo proprias deus carnis suae passiones secundum relationem, non secundum ueram et intimam proprietatem ? et : quomodo fecisse proprias deus carnis suae passiones praedicatur a uobis, qui non secundum proprietatem, sed secundum relationem facit carnis suae proprias passiones ? quam autem proprietatem potest habere uestimentum ad eum, qui ipso indutus est, cum nihil pertineat ad eius substantiam ? Neque enim, cum definimus quid sit homo, etiam uestimentum eius complectimur, quod utique non eiusdem constat esse substantiae. Facit ergo deus — iuxta uos — ecclesiae suae potius proprias, quam sui corporis, passiones. Illa enim, corpus dei, dicitur, quia *communicauit deus carni et sanguini*, et *caput factus est ecclesiae* ; ecclesia uero per fidem rursus particeps eius efficitur, accipiendo spiritum sanctum.

XIII. 580/590 cf. Eph. 1, 22-23 ; Col. 1, 18.24 ; e.a. 591/592 Act. 9, 4. 593/594 1 Cor. 12, 27. 594/596 cf. Matth. 26, 26 ; Marc. 14, 22 ; Luc. 22, 19 ; 1 Cor. 11, 23-24. 594/595 cf. Act. 2, 46. 610/620 Hebr. 2, 14. 620 Eph. 5, 23.

XIII. 586 XIII] CAP. XIII *Migne* 587 sacrilegium *Migne* 597 passionis *L* 600 diuertam *Migne* quod *L Migne*, quo *Schwartz* 604 quod] quo *Migne* 600 in] *L Migne*, *seclus. Schwartz* 611 nobis *L* 614 est indutus ~ *Migne* 621 efficitur] sufficitur *Migne*

A uobis autem corpus dei instar creditur uestimenti, quod nihil ad diuinitatis uel carnis eius naturam pertinere uideatur; Esaias autem uestimentum dei, nihil aliud praedicat, 62, nisi carnem dei, <di>cens : *Quis iste est qui uenit ex Edom, rubicunda ueste ex Bosor?* Quod si et tu uestimentum dei, nihil aliud intellegis, nisi carnem dei, superest ut, siue scissionem uestimenti siue passiones carnis, ad eum retuleris, cuius uestimentum siue caro est : illius, procul dubio, iniuria 630 et illius passio credatur esse, cuius caro seu uestimentum est.

<XIV.> NEST. : Et ubinam corpus dei uerbi, in scripturis sanctis, legisti ecclesiam, et non potius corpus Christi?

CATH. : Hac assertione tua, alterum facis Christum, alterum deum uerbum. Quod si non alter Christus, alter deus uerbum, 63, sed deus uerbum ipse est Christus : sicut dicitur corpus Christi, ecclesia, ita dicitur corpus dei uerbi. Verum, si corpus Christi non est corpus dei uerbi : quomodo dedisti superius carnem dei passam?

NEST. : Carnem dei dixi passam, non autem dei uerbi, quia 640 deus est honore et dignitate Christus, cuius carnem dixi passam, propter inhabitantem in se deum uerbum. Hinc denique et deum negauit passum, et tamen carnem dei passam confessus sum.

CATH. : Non est ergo *deus uerus* Christus, sed, propter inhabitantem in se deum uerbum, honore et dignitate seu potius nomine tantum — secundum uos — dicitur deus. Et quomodo hoc non est contrarium illi sententiae Ioannis apostoli, qua dicit : *Scimus quia uenit filius dei, et dedit nobis sensum ut cognoscamus deum uerum, et simus in uero filio eius Iesu Chris-* 650 *to. Hic est deus uerus, et uita aeterna?*

625/626 Is. 63, *1 (LXX).

XIV. 644 I Ioh. 5, *20.

648/650 I Ioh. 5, *20.

623/624 uideatur *Migne* 625 dei dicens (*Cochl.*) dēcēs L 626 uesta L
Bosar L, Bostra *Migne* 627 aliud] *om. Migne.*

XIV. 631 XIV] CAP. XIV *Migne, om. hic Schwartz (cf. infra, lin. 639)* 634 non]
add. est *Migne Schwartz (cum Cochl.)* 637 domini L dedisti] dixisti *Migne*
639 XIV *hic Schwartz (cf. supra, lin. 631)* 642 negauit L 645 et] *om. Migne*
647 qua] quia *s.l. L.*

XIII. 637 *superius*] lin. 601.

<XV.> NEST. : Si non propter honorem et dignitatem inhabitantis dei uerbi, deum dixeris Christum, profecto uisum et contrectatum facis ab hominibus deum.

CATH. : Si non est uisus et contrectatus ab hominibus deus :
 655 quomodo dicit idem Ioannes : *Quod fuit ab initio, quod audiui-*
mus, quod uidimus oculis nostris, et perspeximus et manus
nostrae tractauerunt de uerbo uitae ; et uita manifestata est, et
uidimus, et testamur, et annuntiamus uobis uitam aeternam
quae erat apud patrem et apparuit nobis ? Percurre singula, et
 660 uide uisum et contrectatum ab hominibus deum. Denique
 uerbum uitae, quod fuit ab initio apud patrem, quod ex lege
 et prophetis audierunt, uisum et perspectum oculis suis, pro-
 priisque manibus contrectatum, testificatur tantus apostolus.
 Et, ne aliud uerbum, praeter id, quod est deus, apud deum,
 665 quilibet uisum et contrectatum tentaret asserere, mox sequi-
 tur : *Et uita inquit manifestata est, et uidimus, et testamur, et*
annuntiamus uobis uitam aeternam quae erat apud patrem et
apparuit nobis.

NEST. : Mentitur ergo ipse dominus, dicens : *Deum nemo*
 670 *uidit umquam ?* Et apostolus, loquens de deo : *Quem nemo*
inquit hominum uidit, sed nec uidere potest ; et ad Moysen dicit
 deus : *Nemo potest faciem meam uidere et uiuere.*

CATH. : Si non est deus, qui uisus est : quomodo ipse dicit :
Ecce, qui loquebar, adsum, et propheta : *Deus manifeste ueniet,*
 675 *deus noster et non silebit ?*

NEST. : Contraria ergo sibimetipsi loqui credenda est scrip-
 tura diuina ?

CATH. : Non est scriptura diuina sibimetipsi contraria apud
 eos, qui eam pie intellegunt ; sed illis uidetur contraria, qui,
 680 haeretico decepti spiritu, non possunt, quae uera sunt, sapere.
 Nam, quia nemo corporeis oculis potest uidere naturam diui-
 nitatis, quae utique non est corpus, sed spiritus, dictum est :
Deum nemo uidit umquam, et : *Nemo uidet faciem meam et*
uiuet. Rursus, quia uidendus est ab hominibus deus in as-
 685 sumpta carne, docet praefiguratio illa, facta ad Iacob ; denique

XV. 653/659 I Ioh. 1, 1, *1-2. 664 Ioh. 1, 1. 666/668 I Ioh. 1, 2. 669/
 670 Ioh. 1, 18 ; I Ioh. 4, 12. 670/671 I Tim. 6, *16. 672 Ex. 33, *20. 674
 Is. 52, *6. 674/675 Ps. 49, 3. 683 Ioh. 1, 18 ; I Ioh. 4, 12. 683/684 Ex.
 33, *20.

XV. 651 xv] om. hic Migne (cf. infra, lin. 654) 652 uisum profecto ~ Migne
 654 CAP- xv hic Migne (cf. supra, lin. 651) 655/656 uidimus quod audiuius ~ L
 657 est] om. Migne 658 nobis Migne 671 uideri Migne 672 uidere faciem
 meam ~ Migne (iuxta Vulg.) 679 illius L 684 est] esset Migne

cum homine colluctatur in uisione idem beatissimus patriarcha, et, benedictus ab eo, dicit : *Vidi deum facie ad faciem, et salua facta est anima mea*. Hinc et Thomas, post resurrectionem domini, palrans et contrectans perfossum dominicum latus, 690 exclamat : *Dominus meus, et deus meus !*.

NEST. : Multum, licet nolens, nostris partibus profuisti. Nam, cum diuina natura non sit corpus, sed spiritus, sicut tu quoque professus es, quae natura uisa uel confossa sit, ambiguum non est : dubitantibus namque de se discipulis, idem 695 dominus : *Palpate inquit et uidete, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me uidetis habere*. Quapropter uisus et palpatus est dominus Iesus Christus, qui confossus est ; quem cum agnouisset apostolus, post resurrectionem, exclamat et dicit : *Dominus meus, et deus meus !*. Hinc euidenter apparet, non esse 700 deum Iesum Christum, quem, ex mortuis resuscitatum, uidit et contrectauit Thomas, nisi propter <inhabitantem> in eo deum, quem *nemo*, procul dubio, *hominum uidet et uiuet*.

CATH. : Nullatenus propter inhabitantem — ut asseris — eum, quem uidit et contrectauit, Thomas, deum appellat, 705 quia procul est ab apostolica fide, duos filios credere, sed ipsum prorsus, cuius fossuras contrectauit, dominum et deum suum esse testatur ; apostolorum enim deus non dignitate, sed natura est deus. Apertissime denique de eo, qui uisus et contrectatus est : quod natura sit deus, Hieremias propheta testatur, 710 dicens : *Hic deus noster, et non aestimatur alter ad eum : qui inuenit omnem uiam disciplinae, et dedit eam Iacob puero suo et Israhel dilecto suo. Post haec in terris uisus est, et cum hominibus conuersatus est*. Quapropter uisus et conuersatus est deus homo Iesus Christus, ad quem *non aestimatur alter*.

715 NEST. : Si nullus alius deus aestimatur ad eum, qui confossus et crucifixus est a Iudaeis : quis est deus, qui resuscitauit deum, cum non sit alter deus, qui aestimetur ad crucifixum ?

686/687 cf. Gen. 32, 24. 687/688 Gen. 32, 30. 690 Ioh. 20, 28. 695/696 Luc. 24, 39. 702 1 Tim. 6, *16. Ex. 33, *20. 710/711 Bar. 3, *36-38 (LXX) — hic Ieremiae ascriptum. 711 Bar. 3, 38 (LXX). 714 Bar. 3, *36 (LXX).

686 uisionem L beatus Migne 693 est L confossa L 695 ossa et carnem ~ Migne 701 inhabitantem (Cochl.) om. L 710 dicens] om. Migne 710/711 resuscitauit ... qui] om. Migne (ob homoeotel.).

CATH. : Nullatenus tu recedis a propria intentione, quo
 720 Christum, non aliud aliquid, nisi unum ex illis credas, de
 quibus dicit deus : *Quoniam inhabitabo in illis et ambulabo, et
 ero illorum deus et ipsi erunt mihi in populum.*

<XVI.> NEST. : Sed de nemine illorum dictum est, quod de
 Christo testatur apostolus, dicens : *Quia in ipso inhabitat omnis*
 725 *plenitudo deitatis corporaliter.*

CATH. : Plenitudinem deitatis habitantem in Christo, quid
 intellegis ?

NEST. : Totam, procul dubio, trinitatem.

CATH. : Quartus ergo iam Christus est, in quo tota inhabitat
 730 trinitas.

NEST. : Ergo mendacem facimus Paulum, qui hoc asserit ?

CATH. : Non est mendax Paulus, quia non trinitatem dicit
 in Christo inhabitare, cum Christum nesciat extraneum a
 trinitate.

735 NEST. : Si non inhabitat in Christo trinitas : quomodo in
 Christo *omnis plenitudo deitatis inhabitat* ? Aut enim, non
 inhabitat plenitudo deitatis in Christo, si non inhabitat in
 Christo trinitas, aut, si habitat plenitudo deitatis, procul dubio
 in Christo trinitas habitat.

740 CATH. : Et habitat plenitudo deitatis in Christo, et non
 inhabitat in Christo trinitas : ne sit non trinitas, sed quaterni-
 tas. Nam, cum, nullo dubitante, pater et filius et spiritus
 sanctus sit trinitas, quartus intellegitur omnino Christus, si
 in ipso inhabitat trinitas ; et ideo non trinitatem, Paulus, in
 745 Christo docet inhabitare, dicens : *Quia in ipso inhabitat omnis
 plenitudo deitatis corporaliter*, sed patrem in Christo docet
 inhabitare.

NEST. : Si, omnis plenitudo deitatis habitans in Christo,
 solus pater intellegendus est : non relinquitur filio, et spiritui
 750 sancto, ut sit deus.

CATH. : Plenum et perfectum deum asseris patrem ? an per-
 fectionem et plenitudinem eius, filium et spiritum sanctum,
 esse testaris ?

721/722 II Cor. 6, *16 ; cf. Leu. 26, 12 ; Ez. 37, 17.

XVI. 724/725 Col. 2, *9. 726 Col. 2, *9. 745/746 Col. 2, *9.

XVI. 723 xvi] *om. hic Migne Schwartz (cf. infra, lin. 728.729)* 725 diuinitatis
Migne (cum Vulg.) 726 diuinitatis Migne 728 xvi *hic Schwartz (cf. supra, lin. 723)*
 729 CAP. XVI *hic Migne (cf. supra, lin. 723)* 736 diuinitatis Migne (cum Vulg.)
 737 diuinitatis Migne 738 diuinitatis Migne 740 diuinitatis Migne 743/
 744 quartus ... trinitas] *om. Migne (ob homoeotel.)* 746 diuinitatis Migne (cum Vulg.)
 748 diuinitatis Migne 750 sit] *om. Migne* 751 patris Migne 753 testaris
 (Cochl.)] testatur L. (cf. supra, lin. 575, ad u. 'dicis')

NEST. : Plenum, procul dubio, et perfectum.

755 CATH. : Non ergo relinquit plenus et perfectus deus pater, ut sit deus aut filius aut spiritus sanctus ? Verum, si hoc impium est credere, restat ut non sit contrarium, immo potius ualde congruum, ueritati, patrem plenitudinem intellegere deitatis, quia, sicut ipse plenitudo sua est, similiter et filius
760 plenitudo, et spiritus sanctus plenitudo, et simul omnes, hoc est tota trinitas, non tres, sed una est plenitudo diuinitatis, quia et perfectus pater, et perfectus filius, et perfectus spiritus sanctus, et simul omnes non tres perfectiones, sed una perfectio. Si enim filius, sicut de eo testificatur Ioannes, dicitur
765 plenitudo — *nos inquit omnes de plenitudine eius accepimus* — : quomodo pater esse negandus est plenitudo ?

NEST. : Vna est deitas trinitatis, et unus deus trinitas ? an tres dii, et tres deitates ?

CATH. : Vna, procul dubio, deitas trinitatis, et unus deus
770 trinitas.

NEST. : Si ergo una est deitas trinitatis, et unus deus trinitas : quomodo non inhabitat in Christo trinitas — plenitudo deita(ti)s habitans in Christo, quae una et sola est — ?

CATH. : Non est dubium — apud nos — Christum in duabus
775 naturis unitis subsistere, una diuinitatis et altera humanitatis ; et, quia una et sola est totius trinitatis deitas, est ergo — iuxta uos — trinitas et humanitas Christus, qui ex deitate totius trinitatis, quae una et sola est, et humanitate subsistit. Porro, si trinitas et humanitas est Christus, iam non habitat
780 trinitas in Christo, sed est ipsa trinitas Christus.

<XVII.> NEST. : Non est trinitas et humanitas Christus, et tamen ex deitate perfecta et humanitate perfecta est Christus, et habitat trinitas in Christo, et non est quartus, ut tu autumas, Christus. Pater enim, nullo dubitante, in filio habitat, et filius in patre, a quibus non separatur spiritus sanctus ;
785 filius autem deus, in quo inhabitat pater, ita est *in Christo mundum reconcilians sibi*, ut, propter coniunctum sibi filium,

765 Ioh. 1, *16.

XVII. 784/785 cf. Ioh. 14, 10.11. 786/787 II Cor. 5, 19.

750 diuinitatis *Migne* 761 diuinitatis] *s.l.* L 767 diuinitas *Migne* 768 diuinitates *Migne* 769 diuinitas *Migne* 771 est una ~ *Migne* diuinitas *Migne* 772 trinitas] *add.* sicut *Migne*, an alia est praeter trinitatem *supplendum coni. Schwartz* 773 deitas L, diuinitatis *Migne* 775 unam L alteram L 776 diuinitas *Migne* 777 diuinitate *Migne* 779 Christus] *xps s.l.* L 779/780 iam ... *xps*] *in marg. L.*

XVII. 781 XVII] CAP. XVII *Migne* 782 diuinitate *Migne* 786 habitat *Migne*

unus et ipse sit filius et Christus ; et hac ratione habitat trinitas in Christo, et non est quartus Christus.

790 CATH. : Magna nimis est ista non ratio, sed absurditas. Nam, cum hactenus trinitatem in Christo contendeabas inhabitare, pro eo, quod dictum est : *Quia in ipso habitat omnis plenitudo deitatis corporaliter*, nunc iam non totam trinitatem, sed deum tantummodo filium, in Christo esse dicis, pro eo, quod scriptum est : *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi*. In quo tamen filio quia habitat pater, et ipse in patre, a quibus non separatur spiritus sanctus, rursus : totam trinitatem, secundum hanc uidelicet rationem, asseris in Christo inhabitare ; sed ideo, inquis, non est quaternitas, quamuis habitat in

800 Christo trinitas : quia deus uerbum ita inest Christo, ut, propter coniunctum filium, unus sit filius et unus Christus. Sed, siue trinitatem siue deum uerbum inesse dixeris Christo, quaternitatem omnino, non trinitatem, praedicare conuinceris.

NEST. : Quonam modo, siue trinitatem siue deum uerbum

805 Christo inesse dixerō, quaternitatem, non trinitatem, praedicare conuincor ?

CATH. : Quia trinitas, pater et filius et spiritus sanctus est, sicut superius iam diximus ; qui, si in Christo inhabitant, quartus intellegetur sine dubio Christus, in quo inhabitat

810 trinitas. Rursus, si inest Christo deus filius, non iam ipse est Christus ; et, si ipse non est Christus, duo sunt omnino, deus filius, et Christus, in quo inhabitat — quamuis callide, ad decipiendos simplices, unum eos esse argumenteris. Apostolus namque superius docuit, deum patrem, non deum filium, in

815 esse Christo mundum sibi reconcilians ; denique ait : *Si qua in Christo noua creatura, uetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua. Omnia autem per deum, qui reconciliauit nos sibi per Christum*. Quod si uidetur adhuc dubium, quem deum dicat, per Christum mundum sibi reconciliare : utrum patrem

820 an filium, ab ipso domino doceamur : *Pater inquit in me manens, ipse facit opera sua*.

792/793 Col. 2, *9.
831 Ioh. 14, *10.

793 II Cor. 5, 19.

815/818 II Cor. 5, *17-18.

820/

792 diuinitatis *Migne* (cum *Vulg.*) 796 pater] *add.* in eo *Migne* 799 habitat *Migne*
804 trinitatem siue] *om.* *Migne* (ob *homoeotel.*) uerbum] *add.* in *Migne*
800 habitat *Migne* 810 inest] *add.* in *Migne* 813 argumentaris *Migne*.

<XVIII.> NEST. : Vna et aequalis, an diuersa, est uirtus et operatio trinitatis ?

CATH. : Vna prorsus.

825 NEST. : Vniuersa ergo, quae creantur, a tota trinitate creantur. An tibi hoc non uidetur ?

CATH. : *Omnia quae facit pater, haec eadem similiter et filius facit*, nec sine spiritu sancto pater aut filius aliquid faciunt.

NEST. : Omne mortale creatum, an increatum dicis ?

830 CATH. : Omnino creatum.

NEST. : Si ergo omne, quod moritur, creatura est, ergo et Christus, pro nostris peccatis mortuus, creatura est ; et, quia nulla est creatura, quam non trinitas operetur, profecto Christus, quem pro nostris peccatis mortuum credimus, a tota
835 trinitate creatus est, et resuscitatus a mortuis, quia una est uirtus et operatio trinitatis. Quod si non est contrarium ueritati, Christum creatum et resuscitatum, sicut ratio docuit, a tota credere trinitate, nec hoc erit contrarium ueritati, totam trinitatem fateri in Christo inhabitare, quem sine dubio
840 resuscitauit a mortuis.

CATH. : Impia omnino et sacrilega atque Arrianorum blasphemii haec assertio coaequanda est, quae Christum non deum praedicat, sed creaturam. Nec enim — ut impie argumentatus es — Christum, pro nostris peccatis mortuum, tota
845 creat aut resuscitat trinitas, cum Christus, mortuus pro peccatis nostris, non extraneus uel alienus, sed unus ex ipsa sit trinitate. Creatur quidem et resuscitatur a tota trinitate non Christus, sed caro, sine dubio, Christi ; et, quia caro non alterius, sed ipsius est Christi, creat et resuscitat Christus semet-
850 ipsum secundum carnem cum patre et spiritu sancto. Nam et apostolus non a trinitate, sed a patre resuscitatum Christum ita testatur, dicens : *Paulus, apostolus non ab hominibus neque per hominem, sed per Iesum Christum et deum patrem, qui suscitauit eum a mortuis*. Nec enim, quia dixit : *Non ab homi-*
855 *nibus neque per hominem, sed per Iesum Christum*, deum eum tantummodo, non et hominem, praedicauit : scribens Galatis, qui fuerant a Iudaeorum pseudoapostolis paene decepti, sapienter sermonem temperat, ut nec deum mortuum a deo patre resuscitatum audientes scandalizarentur, duos sibi deos

XVIII. 827/828 Ioh. 5, *19. 852/854.854/855 Gal. 1, 1.

XVIII. 822 XVIII] *om. hic Migne* 829 CAP. XVIII *hic Migne* dicis an in-
creatum ~ *Migne* 830 fateri] *pariter Migne* 841 sacrilega L. 845 creat
aut] *creata ut L., creat et Migne* 846/847 trinitate sit ~ *Migne* 856 praedi-
cavit] *add. sed Schwartz.*

860 aestimantes ab apostolo praedicari, nec purum hominem crederent Christum, a mortuis suscitatum.

<XIX.> NEST. : Cum, uelut impiam et Arrianorum blasphemii coaequandam, assertionem meam arguas, quia dixi creaturam Christum, qui pro nostris peccatis est mortuus, quia
865 omnis utique creatura mortalis, immortale autem est quod increatum est, et quaternitatem praedicare me aestimes, eo, quod dixi eundem Christum a tota trinitate creatum, et a mortuis resuscitatum : tu omnino — iuxta Arrianos — <h>omousion diuidere, et quaternitatem pro trinitate praedicare,
870 es deprehensus.

CATH. : Quamquam, imperite nimis, omnem creaturam mortalem esse, definias : ubi tamen me <h>omousion diuidere, aut quaternitate<m> pro trinitate praedicare, coarguis ?

NEST. : In eo, quod dicis, unum ex trinitate.

875 CATH. : Doce ergo, quaeso : quemadmodum, haec dicens, diuisionem ingeram trinitati, uel quaternitatem in praedicatione trinitatis inducam.

NEST. : Omnia, quae insunt factis, infectis inesse non possunt. Infecta uero est trinitas. Et, ut omittam cetera, inest
880 factis etiam numerus ; in numero autem ordo est primi et secundi ; in ordine uero, maioris minorisque gradatio. Sed neque ordo, neque gradatio potest accidere trinitati ; et ea ratione, qua ei non insunt, quae insunt numero, nec numerus inest ei. Quapropter non est omnino ueritati congruum, unum
885 ex trinitate dicere Christum, quia unum numeri constat esse uocabulum. Et, quia omnis numerus in diui<si>one est, diuidere est <h>omousion, unum dicere ex trinitate, quam constat in unitate, non in diuisione, subsistere.

CATH. : Multis et superfluis ratiocinationibus nihil prorsus
890 egisti, nisi ut te, post nimium laborem, Sabellianum ostenderes, qui : sicut unam naturam, sic unam et subsistentiam siue personam asserit trinitatis. Si enim — ut tu uis — in nulla parte ad<er>it numerus trinitati, non iam trinitas, sed tantummodo unio tota secundum totum est. Et, si tota secun-
895 dum totum unio est : quomodo trinitas ? — nisi forte nomini-

XIX. 865/867 cf. LEO I, epist. xv, 1 [PL 54, col. 680^a-681^a] ; DIONIS. EXIG., Praef. 7, 3 [CC 85, p. 64, 33/35] ; TRIFOL., Epist. ad Faust. senat., 4 [CC 85, p. 138, 38/39].

XIX. 865 XIX] CAP. XIX *Migne* 865 immortale] immortalis L 866 me] ne *Migne* 868/869 omousion L *Schwartz* 872 omousion L *Schwartz* 873 quaternitate L 877 quod] cum *Migne* 881/882 Sed ... gradatio] om. *Migne* (ob homoeotel.) 886 diuione L 887 omousion L *Schwartz* 891 substantiam *Migne* 892 Si] Sic *Migne* 893 adit L trinitati] rest. *Schwartz*, trinitatem L, trinitatis *Migne* 894 tota* (Cochl.) totum L

bus tantum, et non subsistentiis siue personis, trinitatem — iuxta Sabellium, sicut superius dictum est, et Paulum Samosatenum — esse, contendis. At, si rebus et subsistentiis fateris subsistere trinitatem, et alium dicis patrem, alium filium, 900 alium autem spiritum sanctum : quomodo trinitas non numeratur ? — nam hoc ipsum, quod trinitas dicitur, nonnisi numerum significat. Numeratur ergo trinitas, et non numeratur. Non numeratur secundum naturam, quia de ea scriptum est : *Et sapientiae eius non est numerus* ; numeratur autem secundum 905 personas, quia tres personae trinitas, pater et filius et spiritus sanctus. Ergo non solum singularis numerus in trinitate, uerum etiam pluralis admittitur — licet non omnia ei admitti queant, quae insunt numero. Secundum pluralem namque numerum dictum est : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*, et : *Veniamus ego et pater, et mansionem faciemus apud eum* ; et : *Ego et pater unum sumus* — unum secundum naturam, sumus secundum personas — : hinc docemur unum non esse numerum, quamuis sit origo uel principium numeri, quod solidum semper indiuisumque subsis- 915 tit. Alioquin, si unum a te reputetur in numero, non solum secundum personas, uerum etiam secundum naturam trinitas numerabitur ; et, quia — ut dicis — omnis numerus in diuisionem cadit, a te potius, non a nobis, <h>omousion diuiditur, qui unum credis posse uel numerari uel diuidi. Sed, si unum, 920 quod perfectum est et indiuiduum, non potest in diuisionem numeri aliqua ratione recedere, non diuidimus <h>omousion, cum Christum unum ex trinitate esse ueraciter confitemur. Neque enim omnia, quae numerantur, etiam rebus pariter diuiduntur, quamuis omnia, quae diuiduntur rebus, simul 925 etiam numerentur. Numeramus ergo, cum dicimus duas efficias solis — splendorem uidelicet, et calorem — ; nec tamen eas rebus diuidimus, quia tantummodo eas cognitione

XIX. 904 Ps. 146, 5. 900/910 Gen. 1, *26. 910/911 Ioh. 14, *23. 911.912 Ioh. 10, 30.

896 substantiis Migne 898 At] ac L, aut Migne substantiis Migne 904 numeratur] numerus Migne 906/907 trinitatem L 907 ei] om. Migne 911 apud eum faciemus ~ Migne (cum Vulg.) 912 sumus] L, non Migne Schwartz (cum Cochl.) 913 uel] et Migne 918 omousion L Schwartz 921 omousion L Schwartz 923 ergo] enim Migne 925/926 efficias L 926 soli Migne 927 rebus] om. Migne

XIX. 907 superius] lin. 890/892. 917 dicis] supra, lin. 886.

percipimus. Similiter etiam numeramus, cum dicimus Christum dominum nostrum in duabus naturis unitis, sed non ideo
 930 rebus eandem naturas diuidimus, quas sola tantum cognitione di<s>cernimus. Trinitatem autem, sicut iam superius dictum est, secundum personas, et numeramus et discernimus : quam tamen, secundum naturam, quae una et sola est, nec discernimus nec numeramus, quia unitas siue singularitas seu certe,
 935 quod melius dici puto, unio deitatis, nec discernitur nec numeratur. Dicitur ergo Christus unus ex trinitate, et non diuiditur <h>omousion : quia non secundum id, quod numeratur, trinitas, sed secundum id, quod <non> numeratur, unus ex trinitate Christus asseritur, praecipue quia et unum nequaquam,
 940 ut dictum est, reputetur in numero, et omnia, quae intellectu numerantur, non protinus rebus etiam diuiduntur. Hinc et Paulus : *Vnus inquit deus pater, ex quo omnia, et unus dominus noster Iesus Christus, per quem omnia.* Quapropter, tam ratione quam his diuinis testimoniis, uana et inanis docetur illa
 945 tua, multis syllogismis collecta, conclusio, quae dicit non conuenire ueritati, Christum unum ex trinitate dicere, quia unum numeri proprium est, numerus autem omnis in diuisione est.

<XX.> NEST[ORIANVS]. : Quidquid ex aliquo esse dicitur, aut per generationem, aut per processionem, alterum ostendit
 950 ex altero : per generationem, ut a patre filius : *Deus enim ex deo* dicitur ; per processionem uero similiter spiritus sanctus, nam et de eo scriptum est : *Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est.* Quod si Christus

942/943 I Cor. 8, *6.

XX. 952/953 I Cor. 2, 12.

XX. 950/951 SYMB. NICAEN., 8 (cf. SYMB. ROMAN., 2b) [CC 50A, p. 561, 25 (p. 560, 28/29)].

931 discernimus L 932 discernimus et numeramus ~ *Migne* 935 diuinitatis *Migne* 937 omousion L *Schwartz* 938 quod non] *rest. Schwartz*, quod L, quo *Migne* 939 et] *om. Migne* 946 Christum unum ... dicere] unum ... dicere Christum ~ *Migne*.

XX. 948 XX] CAP. XX *Migne* 949 processionem (*Cochl.*) successionem L 953 accipimus L

931 *superius*] lin. 902 sqq.

946 *dictum est*] supra, lin. 918/921.923/924.

ex trinitate est : aut per generationem alter est, et est filius
 955 trinitatis ; aut per processionem alter est, quasi a trinitate
 procedens. Et, quod <de> nobis dicere putatis, uos potius
 quartum, et extraneum a trinitate, Christum deprehendimini
 praedicare, dicentes eum esse ex trinitate. Quapropter, unum
 in trinitate Christum, fateri, catholicum iudico, non autem,
 960 unum ex trinitate.

CATH. : Sicut per generationem et per processionem alter
 ostenditur esse ex altero, ita et per creationem, procul dubio,
 alter docetur ex altero, quia et de creatura dicitur : *Omnia ex*
deo. Quapropter, qui Christum a trinitate creatum et resusci-
 965 tatum asserunt, quartum eum euidenter extraneum a trinitate
 per creationem statuunt. Quod quia tu superius astruere
 conatus es, ideo hic, per generationem et processionem alterum
 esse docens ex altero, per creationem dicere noluisti, ne contra
 teipsum agere uidereris. Nos autem, neque per generationem
 970 neque per processionem neque per creationem, sed iuxta
 numerum, Christum unum fatemur ex trinitate, sicut solemus
 unum quemlibet ex duobus uel tribus pluribusque specialiter
 demonstrare, iuxta quem modum nec deminutio fit nec aug-
 mentum eius numeri, quo unus quilibet specialiter demonstra-
 975 tur. Neque enim deminutus est uel auctus, numerus apostolo-
 rum, cum dicitur : *Vnus ex uobis tradet me* ; aut seipsum
 Ioannes alienum facit a duodecim, aut tertium decimum
 probat, cum dicit de seipso : *Et erat recumbens unus ex discipu-*
lis eius in sinu Iesu, quem diligebat plurimum ; aut certe aug-
 980 mentum ibi aut deminutio aliqua facta est duorum discipulo-
 rum euntium Emmaus, cum dicitur : *Et erat unus ex illis*
Cleopas. Quapropter neque augmentum neque deminutio fit
 trinitati, Christum dicere unum ex trinitate, sed, speciali
 assignatione unum eum ex trinitate esse monstrantes, et eos,
 985 qui confusionem subsistentiarum praedicant, abicimus, et
 eos, qui eum extraneum credunt a trinitate, alienos a catholica

963/964 1 Cor. 11, 12. 976 Marc. 14, 18 ; cf. Matth. 26, 21. 978/979 Ioh. 13,
 *23. 981/982 Luc. 24, *18.

956 de nobis dicere] *restitui*, nobis dicere L. Schwartz, nos dicere Migne, de nobis di-
 cere posse Schwartz (in app.) potius] *om.* Migne 963 esse] *om.* Migne crea-
 tionem] *rest.* Schwartz, processionem L. Migne 968 docens esse ~ Migne
 972 pluribusue Migne 976 seipsum L. 981 euntium] *add.* in Migne 986
 a¹] *ex Migne*

ueritate declaramus. Quod quia tu ueritati hoc contrarium
 esse iudicas, aut subsistentiarum confusionem credere depre-
 henderis, aut extraneum a trinitate Christum prorsus intel-
 990 legis. Vnum autem in trinitate dicere Christum, et unum eum
 ex trinitate denegare, non catholicorum — ut asseris —, sed
 illorum est proprium, qui Christum a trinitate creatum ita
 esse credunt in trinitate, ut non sit de trinitate, hoc est : non
 eum, secundum esse, sed secundum inesse, cognoscant —
 995 sicut et unusquisque nostrum est in trinitate, quia unus est
 deus *in quo uiuimus et mouemur et sumus*, uel certe, sicut,
 <cum> dicitur : pater in filio, alter docetur in altero, ita, cum
 esse dicitur Christus in trinitate, alius praeter trinitatem inesse
 intellegitur trinitati ; quod nihil est aliud, nisi quaternitatem,
 1000 procul dubio, praedicare.

<XXI.> NEST. : Nihil, quod tibi obiciam, occurrit ulterius,
 nisi quia non, unum ex trinitate, sed, unam personam Chris-
 tum ex trinitate, melius arbitror confiteri, praecipue quia tres
 personae sunt trinitatis.

1005 CATH. : Catholicos non latet, a quibusdam ita unam perso-
 nam dici Christum, ut tamen non ille, qui pro nobis carne est
 crucifixus, una sit ex trinitate persona. Non enim, ex duabus
 naturis naturaliter unitis, unam credunt Christi personam, sed
 ex duabus personis, per coniunctionem et gratiam copulatis,
 1010 unam personam Christi factam esse, commemorant. Dicentes
 Christum unam ex trinitate personam, unum Christum ex
 trinitate fateri nullatenus acquiescunt ; ex quibus te unum
 esse probas, quia, unam personam Christum dicens ex trini-
 tate, unum eum dicere ex trinitate declinas. Quis enim tam
 1015 stultus et uecors est, qui dicat : 'Petrus ex hominibus una per-
 sona est, non est autem unus ex hominibus Petrus' ? Qua-
 propter catholica est definitio, deum uerbum, dominum
 nostrum Iesum Christum, cum propria carne, unum fateri ex

986 Act. 17, *28.

987 hoc] *om. Migne* 988 substantiarum *Migne* 997 cum] *suppl. Schwartz,*
om. L. Migne 999/1000 quod ... praedicare] *om. Migne.*

XXI. 1001 XXI] CAP. XXI *Migne* quod] *add. et Migne* 1010 commemorant]
 cum asseuerant *Schwartz (in app.)* 1012 acquiescant *Migne* 1013 probes *L.*

991 *asseris*] *supra*, lin. 958/960.

XXI. 1005/1007 cf. MAXENT., Adu. epist. Horm., Resp., I, 8, (xxvi) [*infra*, p. 134, 350/352].

trinitate, licet non sit secundum carnem de substantia trinitatis.

1020 **<XXII.>** NEST. : Numquam ego, Christum unum ex trinitate, confiteor, quia in nulla hoc scriptura canonica legitur. Exemplum autem illud, quod de Petro proferre uoluisti, nihil ad causam pertinere cognoscitur, quia singuli quique homines
1025 ab inuicem sunt diuisi ; quod de illa indiuidua et inseparabili trinitate credere, omnino impium comprobatur. Illud autem fatendum est, quia sine Christo trinitas non est.

CATH. : Si numquam, nisi quod in scripturis canonicis continetur, te dicere protestaris : ubinam in ipsis legisti, unum
1030 in trinitate Christum, aut unam personam ex trinitate, uel certe quod non sit trinitas sine Christo ? Quod cum dicitur : quis non intellegat quaternitatem eos, qui hoc asserunt, praedicare ? Si enim non est trinitas sine Christo, est ergo trinitas cum Christo — nam et cum unoquoque nostrum est trinitas
1035 deus, qui non de ipso, sed *in ipso, sumus*, sicut iam superius, apostolo teste, probauimus — ; quartus est ergo Christus, cum quo e(s)t trinitas, pater et filius et spiritus sanctus. Verum, quia, Christum unum ex trinitate dicere, ueritati contrarium iudicas : cuiusnam uocem illam esse dicis, qua
1040 dictum est : *Factus est Adam quasi unus ex nobis* ?

NEST. : Dei, procul dubio.

CATH. : Plures ergo, et non unus est deus, ex quibus unus dicit ad ceteros : *Factus est Adam quasi unus ex nobis* ?

NEST. : *Non sunt plures dii, sed unus est deus*, pater et
1045 filius et spiritus sanctus.

CATH. : Quid ergo ? huius dei, qui est pater et filius et spiritus sanctus, uocem illam esse profiteris ? et, si huius dei uox illa est : ad quem dicit : *Factus est Adam tamquam unus ex nobis* ?

XXII. 1025 Act. 17, 28. 1040.1043.1048/1040 Gen. 3, *22.

XXII. 1044 Symb. 'QVICVMQVE', 16 [CC 50A, p. 566, 24 ; CC 103, p. 20 (22), 15].

XXII. 1021 xxii] *om. hic Migne* 1028 CAP. XXII *hic Migne* 1036 probabimus
L 1037 est] *rest. Schwartz, et L. Migne* 1040 quasi] *tamquam Migne (ut infra,*
lin. 1048.1053.1054) 1043 quasi] *tamquam Migne (ut infra, lin. 1048.1053.1054)*

XXII. 1025 *superius*] lin. 995/996.

1050 NEST. : Deus, procul dubio, pater, ad deum filium.

CATH. : Cum ergo pater et filius et spiritus sanctus sit, procul dubio, unus deus trinitas : cum pater ad filium dicat : *Ecce factus est Adam tamquam unus ex nobis*, non tibi uidetur dicere *tamquam unus ex nobis*, hoc est, qui sumus trinitas ?

1055 NEST. : Licet hoc dicat pater ad filium, ergo tamen, quod dicitur ab scriptura, etsi nolens, fateor ; quod autem ipsis uerbis non exprimit, dicere omnino non audeo ; sed sufficit mihi, ut calumniae contentione caream, hoc tantum de filio dicere, quod in symbolo continetur : *deum* scilicet et *filium* et 1060 *unigenitum* patris, *natum de spiritu sancto ex Maria uirgine*.

CATH. : Sed deum natum ex uirgine, etiam ille dixit, qui apud Ephesum condemnatus est, non quo uere et proprie natum confiteretur deum ex femina, sed propter unionem dei uerbi ad hominem factum, quem uirgo enixa est.

1065 <XXIII.> NEST. : Ego deum uerbum secundum carnem natum dico ex femina.

CATH. : Deum uerbum, quem natum dicis ex femina : extra trinitatem, aut trinitatem, aut unum ex trinitate, profiteris ?

NEST. : Neque trinitatem, neque ex<tra trinitatem, neque 1070 unum ex> trinitate, deum uerbum confiteor : sed filium dei deum pro nostra salute ex femina secundum carnem natum passumque confiteor ; tuis autem nolo uti sermonibus : nec eum unum ex trinitate confiteor.

CATH. : Non meis, ut mihi uidetur, uis uti sermonibus, 1075 praesertim cum non mea, sed ueritatis, haec uerba sint ; sed tuis potius uis abuti, more haeretico, hoc ipsum, quod dicitis, abnegando. Nam et Arriani nobiscum tres personas fatentur, patrem et filium et spiritum sanctum, sed, nolentes <h>omousion dicere, damnati sunt ; similiter <h>omousion 1080 paulinianistae nobiscum praedicant, sed, quia tres personas denegant trinitatis, haeretici iudicati sunt. Aequae ergo et hi, qui

1053.1054 Gen. 3, *22.

1050/1000 SYMB. ROMAN., 1.2.3 (cf. SYMB. NICAEN., 1.5.6.15) [CC 50A, p. 560, 3.13. 14.60/62 (p. 561, 3.16.22.60/64)]. 1001 ille] scil. Nestorius.

1052 unus deus] una Migne 1054 ex nobis] om. Migne 1055 ergo] ego Migne 1056 ab] a Migne.

XXIII. 1005 XXIII] om. bic Migne 1007 CAP. XXIII bic Migne 1009/1070 extra ... trinitate] rest. Schwartz, ex trinitate L, extra trinitatem Migne 1074 CAP. XXIV bic Migne (cf. infra, lin. 1101) 1078/1079 omousion^{1.2} L Schwartz 1079/1000 paulinianistae L 1081 sint L et] om. Migne

deum quidem uerbum dicunt natum secundum carnem ex uirgine, sed nolunt eum unum ex trinitate : aut — cum Sabellio — unam personam totius trinitatis intelleguntur asse-
 1085 rere ; aut alium, nescio quem, deum uerbum praedicare, non eum, qui ex trinitate est, confutantur.

NEST. : Sed aliud est, dicere tres personas, et trinitatem unius essentiae denegare, aut, <h>omousion confiteri, et tres personas nulla ratione recipere, quod rebus ipsis a ueritate
 1090 dissentit ; et aliud est, rebus congruere, et uerbis tantummodo dissonare.

CATH. : Quid ergo ? catholicum esse dicis, et ueritati congruum, unum dicere Christum ex trinitate ?

NEST. : Nihil uolo de hac re ulterius tecum conquirere.

1095 CATH. : Mecum conquirere ulterius non alia te causa prohibet, nisi quia, sensu haeretico, nescio quem deum uerbum, non eum, qui ex trinitate unus est, — iuxta Manichaeos — praedicare conuinceris. Si enim non in sensu, sed tantum in sermonibus, dissonares a nobis, probares utique catholicum
 1100 esse, unum ex trinitate Christum fateri.

<XXIV.> NEST. : Non tibi uidetur idipsum esse, quod tu dicis, et quod ego : an tu alium, nescio quem, non deum uerbum Iesum Christum, dicis esse unum ex trinitate ?

CATH. : Ipsum, sine dubio, nec alterum aliquando cognoui.

1105 NEST. : Si ergo idipsum est : audes me haeticum dicere, si tuis sermonibus uti noluero, ne, dum tibi satisfacio, aliis haeticis occasionem sui erroris uidear exhibere ?

CATH. : Si ob id, non est Christus fatendus unus ex trinitate, ne dare occasionem uideamur haeticis : non sunt confitendae tres personae et trinitas, ne demus Arrianis occasionem ; nec rursus confitendum est <h>omousion, ne similes uideamur Paulianistis ; postremo negentur duae naturae, quia eas Nestorius semper et ubique professus est. Quod si fiat, quid confitendum sit, nescio. Verumtamen, si quis tibi
 1110 dixerit : Christotocon beatam fateor uirginem, theotocon uero dicere nullatenus acquiesco : catholicum hunc, an haeticum esse pronuntias ?

NEST. : Haeticum, procul dubio, fateor, quia hoc iam synodus statuit, sicut et illa omnia quae a te superius sunt
 1120 prolata.

1083 eum] *restitui*, cum L, eum confiteri *Migne (cum Cochl.)*, confiteri eum *Schwartz* 1083/1084 asabellio L 1088 omousium L, omousion *Schwartz* 1099 a nobis] *om. Migne*.

XXIV. 1101 xxiv] *om. hic Migne Schwartz (cf. supra, lin. 1074 et infra, lin. 1105)* 1104 Ipsum] Iesum *Migne* 1105 xxiv *hic Schwartz (cf. supra, lin. 1101)* 1111 est] *om. Migne* omousion in omousios *corr. L, omousion Schwartz*

CATH. : Rursus, qui tibi dicit : unam naturam dei uerbi, incarnatam et animatam rationali et intellectuali, Christum confiteor, duas uero naturas fateri non audeo ; uel certe, qui tibi dixerit : ex duabus naturis credo Christum, in duabus
 1125 autem eum non possum credere, ne uidear occasionem dare haereticis : quid de talibus censes ? num audes eos haereticos dicere, cum aliis uerbis duas fateri naturas intellegantur in Christo, sed, ne uideantur dare occasionem haereticis, duas non <ac>quiescunt uerbis ipsis exprimere ?

1130 <XXV.> NEST. : Tales ego non solum alienos a ueritate iudico, uerum etiam anathematizo. Haec namque, et non alia, causa est, qua non communicamus Aegyptiis.

CATH. : Si ergo et hos, qui aliis uerbis duas naturas praedicant, sed nolunt hoc idem ipsis uerbis exprimere, quamuis
 1135 praepropere, tu haereticos non solum censes, uerum etiam anathematizas, et eos, qui Christotocon dicunt beatam Mariam, theotocon autem eam fateri non <ac>quiescunt, similiter damnas, cum constat Christum deum esse et deum Christum : quomodo nos, catholicos, et non haereticos, iudicabimus eos,
 1140 qui dicunt deum uerbum natum secundum carnem de uirgine et passum carne pro nobis, et negant eum esse unum ex sancta et indiuidua trinitate ? — praecipue quia dicunt, hoc catholicae fidei nullatenus conuenire.

NEST. : Sed et duas naturas et theotocon dicere synodus
 1145 definiuit, hoc autem nulla synodus statuit.

CATH. : Nihil igitur arbitraris dicendum, praeter id, quod synodicis litteris continetur ?

NEST. : Nihil omnino.

CATH. : Si tibi ab aliquo fuerit obiectum, utrum deum
 1150 patrem genitum, an ingenitum fatearis : quid ei es responsurus ?

NEST. : Ingenitum, procul dubio.

CATH. : Si tibi dixerit : hoc non accipio, qui nulla hoc statuit synodus ?

1155 NEST. : Respondeo : quia nec dicere uetuit.

1122 animatam] *add. in L* rationali et intellectuali (*subst.*)] *praem. anima Migne Schwartz (cum Cocl.) (sed cf. ex.gr. Aug., De nat. et orig. animas, IV, xxii, 36 : 'mentem quippe nostram, nisi rationals et intellectuale nostrum dicere non solemus' ; cf. etiam supra, p. 39, 7 ; p. 71, 566)* 1129 acquiescunt (Cocl.)] quiescunt L.

XXV. 1130 xxv] *om. hic Migne Schwartz (cf. infra, lin. 1133.1144)* ego (Cocl.)] ergo L. 1132 qua] quia Migne 1133 CAP. XXV hic Migne (*cf. supra, lin. 1130*) 1137 acquiescunt (Cocl.)] quiescunt L. 1138 damnat Migne constet Migne 1139 et non haereticos] *om. Migne* iudicauimus L. 1140 natum] natura Migne 1141 unum esse ~ Migne 1143 nullatenus] *om. Migne* 1144 xxv hic Schwartz (*cf. supra, lin. 1130*)

CATH. : Rursus, si <ti>bi obiecerit, trinitatem dici non debere, quia hoc nulla synodus statuit ?

NEST. : Hoc ipsum ei respondebo, et nihil aliud : quia, sicut dicendum non statuit, ita nec omnino prohibuit.

1160 CATH. : Econtra, ille si dixerit : sicut non uetuit, <ita> et, quod in uerbis non continetur conciliorum, dicere omnino non conuenit : quid ad ista respondebis ?

NEST. : Haec de patru<m> possum scriptis ostendere.

CATH. : Sed et nos, quod unus ex trinitate Christus sit, ex
1165 patrum scriptis ostendimus.

NEST. : Quamquam et hoc ex patrum scriptis doceri facile credo, sed ego dicere nullatenus acquiesco, nec tecum ulterius sermonem conseram, sed meam tenaciter fouebo sententiam.

CATH. : Mirabar equidem uincere te posse humanam glo-
1170 riam, ut nulla te confusio superaret, quatenus congruam ueritati sententiam, quam hactenus impugnaueras, diuina correptus auctoritate, reciperes. Verum, quia apud te definitum est, in tua <te> continere sententia, quam ueram confessionem, amore aeternae beatitudinis, approbare : nec ego te
1175 umquam aliud aliquid, quam haereticum, iudicabo, qui, deum uerbum dominum nostrum Iesum Christum, qui pro nostra salute passus est carne, unum esse ex sancta et indiuidua trinitate, non approbas ; cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

1156 si tibi (Cocbl.)] sibi s.J. L 1157 hoc] om. Migne 1158 respondeo Migne
1160 si ille ~ Migne ita et] Migne, et L, ita Schwartz 1163 patrum (Cocbl.)]
patre L scriptis possum ~ Migne 1168 conferam Migne 1169 uincere te]
ita uincere Migne 1170 ut (Cocbl.)] et L confusio] conclusio Migne 1173
recepis L 1173 te (Cocbl.)] om. L, add. potius Migne 1176 est] om. Migne.

Expl. MAXENTI IOHANNIS SERUI DEI DIALOGI LIBRI II EXPLICIT CONTRA NESTORIANOS L Schwartz.

**RESPONSIO
MAXENTII IOANNIS SERVI DEI
ADVERSVS
EPISTVLAM HORMISDAE**

(A) *EPISTVLA HORMISDAE*

(B) *RESPONSIO MAXENTII*

MONITVM

(A) EPISTVLA HORMISDAE

Codices ⁽¹⁾ :

- L** : OXFORD, *Bodleian Library*,
: Laud.Misc.580. s. IX^a. f. 48-50.
- V** : VATICANO, CITTÀ DEL, *Bibliotheca Apostolica Vaticana*,
: Vat.lat.3787. s. XI in.
- G** : Vat.lat.4961. s. X uel XI.

Editiones :

- Maxent.** : MAXENTIVS, *Responsio aduersus epistolam Hormisdæ*,
"Responsio Maxentii"
(ubi epistolam Hormisdæ excerpt).
- Migne^a** : MIGNE, J.P., *Patrologiae Cursus completus, Series Graeca prior*, LXXXVI-1 (Lutetiae Parisiorum, 1860), col. 91^B-94^C ("Hormisdæ papæ ad Possessorem epistola").
- Migne^L** : MIGNE, J.P., *Patrologiae Cursus completus, Series Latina*, LXIII, col. 490^C-493^A ("Hormisdæ papæ Epistola LXX, ad Possessorem episcopum").
- Thiel** : THIEL, Andreas, *Epistolae Romanorum Pontificum genuinae et quæ ad eos scriptae sunt ...*, I (Brunsbergae, 1868), "S. Hormisdæ papæ Epistolæ et Decreta", p. 926-931 ("Epistola 124, Hormisdæ papæ ad Possessorem episcopum")
(ex codice G).
- Günther** : GVENTHER, Otto, *Epistolae imperatorum, pontificum, aliorum ...* : CSEL XXXV-2 (Vindobonae, 1898), "Auellana quæ dicitur collectio", 231, p. 696-700 ("Hormisda Possessori episcopo")
(ex codice V).
- Schwartz** : SCHWARTZ, Eduardus, *Acta Conciliorum Oecumenicorum*, IV, II (Argentorati, 1914), "Iohannis Maxentii Libelli", p. 44-46 ("Epistola ad Possessorem")
(ex codice L).

(1) Quorum lectiones afferimus ex editionibus *Thiel* et *Günther* et *Schwartz*. — Cf. *supra*, p. XLIII et XLIV.

Excerpta :

- a) *lin. 2/4.28/35.65/88.94/113 :*
 Sicut ... ignorantem ;
 Vbi ... audientium ;
 Haec ... tenete ;
 Non ... cons. :

Migne^{exo} : MIGNE, J.P., *Patrologiae Cursus completus, Series Latina*, XLV, col. 1777^(B)-1778^(B) ("Epistola Hormisdæ papæ ad Possessorem").

- b) *lin. 105/109 :*
 De ... continentur :

Fulg. : FVLGENTIVS, e.a., *Epistula xv* : CC XCIA, p. 456, 320/324.

*
* *

(B) *RESPENSIO MAXENTII**Codex* ⁽¹⁾ :

L : OXFORD, *Bodleian Library*,
 : Laud.misc.58o. s. IX^a. f. 50-67^v.

Editiones :

Hormisd. : MAXENTIVS, *Responsio aduersus epistolam Hormisdæ*,
 "Epistula Hormisdæ"
 (in capite responsionis edita).

Migne^o : MIGNE, J.P., *Patrologiae Cursus completus, Series Graeca prior*, LXXXVI-1 (Lutetiae Parisiorum, 1860), col. 93^c-112^o ("Ioannis Maxentii ad epistolam Hormisdæ responsio").

Schwartz : SCHWARTZ, Eduardus, *Acta Conciliorum Oecumenicorum*, IV, II (Argentorati, 1914), "Iohannis Maxentii Libelli", p. 46-62 ("Responsio aduersus Hormisdæ epistolam") (ex codice *L*).

(2) Cuius lectiones afferimus ex editione *Schwartz*. — Cf. supra, p. XLIII.

Excerpta :

lin. 28/32.44/48.245/254.266/273.280/284.587/589.

596/610 :

quoniam ... approbare ;

non ... referta ;

An ... trinitate ;

Sed ... iudicant ;

Vnde ... est ;

multa ... loquitur ;

Verumtamen ... episcopus :

Migne^{exc.} : Migne, J.P., *Patrologiae Cursus completus, Series Latina*, XLV, col. 1778^(B)-1779^(A) ("Ex Ioannis Maxentii contra superiorem epistolam scriptione").

EPISTVLA
QVAE DICTVR ESSE
PAPAE HORMISDAE
AD POSSESSOREM EPISCOPVM AFRICAE
QVI EST CONSTANTINOPOLI

DILECTISSIMO FRATRI POSSESSORI, HORMISDA.

I. (1.) Sicut rationi congruit ut consulant ambigentes, ita par est respondere consultos, quia ipse impellit in errore(m), qui non instruit ignorantem; nec quidquam aptius est studioso religionis, quam inquisitio ueritatis, quando facilius deuium uitat, qui iter, per quod gradiatur, rogat.

(2.) Sed priusquam respondendi curam, de his, quae dilectio tua percontatur, aggrediar, libenter <in> litteris tuis fidei tuae me fateor inuenisse feruorem, cuius calore succensus, 10 rediuiuam in illis partibus infidelium peruersitate(m) uigere suspiras. Dignissimus dolor, qui dedita deo corda contristet. Nec enim est apud eos lapsus illamentabilis, quibus est igniculus caritatis, quia unum spiritalium uotum est salus

Tit. INCIPIT EPISTOLA QVAE DICTVR ESSE PAPAE HORMISDAE AD POSSESSOREM EPISCOPVM AFRICAE QVI EST CONSTANTINOPOLI L. Schwartz, HORMISDAE PAPAE AD POSSESSOREM EPISTVLA Migne^o, (HORMISDAE PAPAE) EPISTOLA LXX. AD POSSESSOREM EPISCOPVM Migne^L, EPISTOLA 124. HORMISDAE PAPAE AD POSSESSOREM EPISCOPVM G. Thiel, *om.* V, (EPIST. 230) Güntber, EPISTOLA HORMISDAE PAPAE AD POSSESSOREM Migne^{exc.}.

Inscr. 1 DILECTISSIMO ... HORMISDA] L. Migne^o Schwartz, HORMISDA POSSESSORI EPISCOPO V G Migne^L Thiel Güntber, *om.* Migne^{exc.}.

I. (1.) 2 consulant V 3 par est] parē V errore L 4/28 nec ... mouetur] *om.* Migne^{exc.}. 4 nec quidquam] nihil Maxent. est aptius ~ Migne^o Maxent. 4/5 studiosae L 5 inquisitio] imposito [inquisitio] Migne^L quando facilius] aequando facilius L, *om.* Maxent. 6 deuia Maxent. (*etiam in comment., infra, p. 126, 88*) per] *om.* Migne^o gradiatur Migne^L.

(2.) 8 percuntatur Migne^L aggrediat V in] *om.* L 9 succensus L, sussensus V 10 patribus L peruersitate L 11 suspirans L doror qui dedit adeo V contristat L Migne^o 12 enim] *om.* Maxent. quibus] apud quos eos Maxent.^{red.}, apud quos Migne^o Maxent.^{ed.}.

I. (1.) 1/4 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Resp., I, 1, (v) [infra, p. 125, 51/54] (cf. ACO IV, III-1, p. 259, [a]). 4/8 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Resp., I, 1 (vii) [infra, p. 126, 84/85, 87/88] (cf. ACO IV, III-1, p. 259, [b], p. 260, [c]).

(2.) 7/14 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Resp., I, 2, (ix) [infra, p. 126, 96/103] (cf. ACO IV, III-1, p. 260, [d]).

- inconcussa cunctorum. (3.) Sed non est ignota ecclesiis dei de
 15 huiusmodi procellis aut insueta tempestas : quamuis rectoris
 sui gubernaculo inconcussa persistat, uariis tamen insurgen-
 tium fluctuum laborat uexata turbinibus. (4.) Nam unde est
 psalmidici uox prophetae, qui, ipsius ecclesiae personam,
 spiritu quo implebatur, assumens : *Saepe inquit expugnauerunt*
 20 *me a iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi?* Concuti<unt>,
 sed in <nih>ilo praeualebunt. Adhuc in area sumus, mixta
 sunt frumenta cum paleis, gemunt boni consortia malorum ;
 sed superest flamma non necessariis, et parata sunt horrea
 iam probatis. (5.) Vbi terrarum non [est] ista permixtio ?
 25 Nos fixis decet stare uestigiis ; proficiemus inter aduersantes
 propriis bonis, si erroribus non inuoluamur alienis. Probat
 enim uirtutis suae ualidum robur, qui, cum impellitur, non
 mouetur. (6.) Vbi non uariae tentationis aculei ? Quales super
 hunc fere iugem annum quorundam Scytharum, qui monachos
 30 praeferebant specie non ueritate, professione non opere, subtili
 tectas calliditate uersutias et sub religionis obtentu famulantia

I. (4.) 10/20 Ps. 128, 2.

14 inconcursa L.

(3.) 14 ignata L ecclesiae Migne^o 15 insuete L tempestas] add. et
 Migne^L Migne^o 16 inconcursa L 16/17 insurgentium] incursantium Maxent.
 (etiam in comment., infra, p. 128, 141).

(4.) 19 impellebatur Migne^L 20 a] in L concuti L 21 nihilo] illo L.

(5.) 24 Vbi] Sed ubi Migne^o Maxent. est] om. V Migne^o Guntber Maxent.
 (fort. recte) 25 Nos] non L stare] instare V G Guntber, add. [insistere] Migne^o
 Migne^L 26 non inuoluamur erroribus ~ Maxent. inuoluamus V 28
 moueatur L.

(6.) 28 tentationum Maxent.^{add.} super] per V G Migne^o Migne^L Thiel Guntber
 Migne^{add.} 29 sytharum V 30 praec se ferebant Migne^L Migne^{add.} 31 inten-
 tu L

(3.) 14/17 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Resp., I, 3, (xii) [infra, p. 127, 128/
 132] (cf. ACO IV, III-1, p. 260, [e]).

(4.) 17/21 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Resp., I, 4, (xii) [infra, p. 127,
 133/136] (cf. ACO IV, III-1, p. 260, [e]). 21/24 MAXENT., Adu. epist. Hormisd.,
 Resp., I, 4, (xiii) [infra, p. 128, 156/159] (cf. ACO IV, III-1, p. 260, [f]).

(5.) 24/26 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Resp., I, 5, (xiv) [infra, p. 129, 175/
 178] (cf. ACO IV, III-1, p. 260, [g]). 26/28 MAXENT., Adu. epist. Hormisd.,
 Resp., I, 5, (xv) [infra, p. 129, 192/193] (cf. ACO IV, III-1, p. 260, [h]).

(6.) 28/28 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Resp., I, 6, (xvii) [infra, p. 130, 219/
 227] (cf. ACO IV, III-1, p. 260, [i]).

odiis suis uenena pertulimus, studentes eos ab interno uulnere medicabilis patientiae moderatione sanare, beati Pauli monita non tacentes : *Noli[te] uerbis contendere : ad nihil enim utile* 35 *est, nisi ad subuersionem audientium.* (7.) Sed quando uirus, quod uiscera penetr(ar)it, euellitur ? quando corda, male sibi credula, ueritatis obtempera(n)t institutis ? quando induit oboedientiae humilitatem, opinionibus suis uallata superbia ? quando acquiescunt paci, contentionum studiis 40 assueti, sola certamina auentes de religione captare, et mandata neglegere ? (8.) Numquam apud eos caritas nouo commendata praecepto, numquam pax dominico relicta discessu : una pertinacis cura propositi, rationi uelle imperare, non cedere ; contemptores auctoritatum ueterum, nouarum cupidi 45 quaestionum ; solam putantes scientiae rectam uiam, qualibet conceptam facilitate sententiam ; eo usque tumoris elati, ut ad arbitrium suum utriusque orbis putent inclinandum esse iudicium, nec in numero fidelium deputent sequacem traditionis paternae, si suae uiderint c[r]edere nolle sententiae ;

(6.) 34/35 11 Tim. 2, *14.

(8.) 41/42 cf. Ioh. 13, 34. 42 cf. Ioh. 14, 27.

32 uenene L 33 patientiae] penitentiae L moderamine V G Migne^L Thiel
Güntber Migne^{exo}. 34 tacentes] tenentes L Migne^o, et add. [tacentes] Migne^o
Nolite L enim] om. Maxent. 35/36 Sed ... uitandos] om. Migne^{exo}.

(7.) 36 penetret L, penetrauit G Migne^o Migne^L Thiel, penetraret Maxent.^{od}.
corda] ēda V 37 obtemperet (c in a corr.) L 38 studiis] stimulis
Migne^o Maxent. (etiam in comment., infra, p. 134, 329) 40 auentes (Cochl.)] ha-
bentes L Maxent.^{od}, amantes V G Migne^L Thiel Güntber regione Maxent.^{od}.

(8.) 41 apud eos] om. Maxent. 41/42 praecepto commendata(m) ~ Maxent.
42 discessu relicta(m) ~ Maxent. 43/44 non cedere imperare ~ G 43 propo-
siti cura ~ Maxent. 44 cedere] credere Migne^o Migne^L (cf. infra, lin. 49) 45
scientiae] om. Maxent.^{od}. quolibet L 46 concepta V G, susceptam Thiel
Maxent. (etiam in comment., infra, p. 136, 399/400) tumores L 47 esse] om.
Maxent. 48 deputent] Maxent., deputantes cood. add. sequatem L, se-
quaces V G Migne^L Thiel Güntber 49 si] quem Maxent. sua euerint V
credere L Migne^o Schwartz Maxent.^{od}, cedere V G Migne^L Thiel Güntber (cf.
supra, lin. 44 ; cf. etiam supra, p. 46, 94, p. 85, 326.328, infra, p. 137, 441)

(7.) 35/41 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Resp., I, 7, (xxiii) [infra, p. 133, 308/
314] (cf. ACO IV, III-1, p. 260, [k]).

(8.) 41/44 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Resp., I, 8, (xxv) [infra, p. 134, 335/
336.339/340]. 44/46 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Resp., I, 8, (xxviii)
[infra, p. 136, 389/392] (cf. ACO IV, III-1, p. 261, [l]). 46/49 MAXENT., Adu.
epist. Hormisd., Resp., I, 8, (xxx) [infra, p. 136, 408/412].

- 50 docti crimina serere, obrectationum uenena componere, integrum ecclesiae corpus odisse, seditiones struere, inuidiam concitare, et, pro oboedientia, quae in coenobiis principatum regularis obtinet disciplinae, obstinationem pertinacis amare superbiae. (9.) Non illos potuimus monitis, <non> mansuetudine, non auctoritate comprimere; in publicum usque prodire conuentum, ad concussionem quietis circa regum etiam statuas inclamantes, et, nisi fidelis populi constantia restitisset, per diabolicae semina nefanda zizaniae apud illos dissipationem et discordiam commouissent, per quos adiutorio dei de 60 regionibus eorum est pulsa dissensio. Sero probauimus prophetica apostolum uoce dixisse: *In nouissimis diebus instare tempora periculosa, et fore homines sui tantum amatores, habentes formam pietatis, uirtutem autem eius abnegantes*; itaque esse uitandos.
- 65 (10.) Haec ideo dilectioni uestrae indicanda sub occasione credidimus, ne, si illuc fuerint forte delati, ignorantes quemadmodum se <in> Romana urbe tractauerint, sub aliqua uerborum simulatione decipere<nt>.

(9.) 61/62 II Tim. 3, 1. 62 II Tim. 3, *2. 62/64 II Tim. 3, *5.

51 instruere V G Migne^L Thiel Güntber Schwartz Maxent.^{cod.} (sed cf. infra, p. 137, 442).

(9.) 54 non³] om. L 56 conuentum] add. et Maxent.^{cod.} concursionem V, confusione Maxent.^{cod.} (sed cf. infra, p. 139, 507) 57 inclinantes L, inclaſites V 58 illos] eos Maxent. 58/59 dissipationem] Schwartz Maxent. (etiam in comment., infra, p. 139, 507), dispensacionem L, dispensationem V G, dissensionem Migne^a Migne^L Thiel Güntber 60 regione Migne^a, religione Migne^L eorum] om. V dissensio] dissent V, add. De eis Migne^a Migne^L Thiel probabimus L 61 instaret V 62 fore] fere V 63 autem] om. Maxent.

(10.) 65 dilectionis Migne^L 66 credimus Maxent.^{cod.} dilati V Migne^{exc.} 67 quemammodo L in] om. L Maxent.^{cod.} urbe Romana ~ G Migne^L Thiel Migne^{exc.} tractauerint] gesserint Migne^a 68 decipere L, possint aliquos decipere Migne^a, aliquos possint decipere Maxent.

50/54 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Resp., I, 8, (xxxii) [infra, p. 137, 423/428] (cf. ACO IV, III-1, p. 261, [m]).

(9.) 54/55 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Resp., I, 9, (xxxiii) [infra, p. 138, 456/457] (cf. ACO IV, III-1, p. 261, [n]). 55/60 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Resp., I, 9, (xxxiv) [infra, p. 138, 473/478] (cf. ACO IV, III-1, p. 261, [o]). 60/64 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Resp., I, 9, (xxxvii) [infra, p. 140, 540/544] (cf. ACO IV, III-1, p. 261, [p]).

(10.) 65/68 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Resp., I, 10, (xxxviii) [infra, p. 141, 562/566] (cf. ACO IV, III-1, p. 261, [q]).

II. (11.) Hi uero, quos uos de <libris> Fausti cuiusdam Galli
 70 antistitis consuluisse litteris indicastis, id sibi responsum ha-
 beant : neque illum neque quemquam, quos in auctoritatem
 patrum non recipit examen, catholicae fidei aut ecclesiasticae
 disciplinae ambiguitate<m> posse gignere, aut religiosis
 praeiudicium comparare. Fixa sunt a patribus, quae fideles
 75 sectari debeant instituta ; siue interpretatio, seu praedicatio,
 seu uerbum pro populi aedificatione compositum : si cum fide
 recta et doctrina sana concordat, admittitur ; si discordat,
 aboletur. Vnum est fundamentum, extra quod quaelibet
 fabrica, si consurgit, infi<r>ma est : super illud quisquis super-
 80 aedificat, seu uilia seu pretiosa, consideret ; errat autem is
 a uia, qui, quam patrum electio monstrauit, exorbitat.
 (12.) Nec tamen improbatur diligentia per multa discurrens,
 sed animus a ueritate declinans. Saepe ex his necessaria pro-
 uidetur, de quibus ipsi aemuli conuincantur, instructio ; nec
 85 uitio dari potest, nosse quod fugias : atque ideo non legentes
 incongrua in culpam ueniunt, sed sequentes. Quod si ita non
 esset, numquam doctor ille gentium acquireret annuntiare
 fidelibus : *Omnia probate, quod bonum est tenete.* (13.) Non ab

II. (11.) 78/80 cf. 1 Cor. 3, 10-12.

(12.) 88 1 Thess. 5, 21.

II. (11.) 69 Hii V quos] quod L libris] *suppleni iuxta Maxent. (etiam in comment., infra, p. 142, 592 ; cf. etiam Possess., Relat. = [Horm.], Epist. 115, 1 [Thiel, p. 917] = Epist. 230^{AVELL.}, 2 [CSEL 35, p. 695, 16] : 'de codice Fausti cuiusdam ... episcopi')*, om. L cett. (sed cf. infra, lin. 70, ad u. 'antistitis') 70 antistitis] episcopi Maxent. (fort. recte : cf. supra, lin. 69, ad u. 'libris') ; add. dictis V G Migne^L Thiel Guntber Schwartz Migne^{azo}. 70/104 consuluisse ... limitetur] om. Maxent. 70 id] his L 71 illum] add. recipi Migne^o Migne^L Migne^{azo}. auctoritate V Migne^L Migne^{azo}. 73 ambiguitate L 73 sectare L seu] siue G Migne^o Migne^L Thiel Migne^{azo}. 76 pro] om. V G Thiel Migne^{azo}. aedificationi Migne^{azo}. 78 oboletur V 70 infima L quisquis] quisque quae coni. Thiel 78/80 aedificat V G Migne^L Thiel Guntber Migne^{azo}. 80 seu¹⁻²] siue (bis) Migne^{azo}. errat] erat V is] es V, om. G Migne^L Thiel Migne^{azo}. 81 qui a uia ~ Migne^o Guntber quam] ab eo quod G Migne^L Thiel Migne^{azo}.

(12.) 88 ex] de G Migne^o Migne^L Thiel Migne^{azo}. 88/84 prouidentur L 87 nuntiare V G Migne^o Migne^L Thiel Guntber Migne^{azo}. 88 Omnia] add. autem G Thiel (cum Vulg.).

(13.) 88/94 Non ... incideret] om. Migne^{azo}. 88 abs G Migne^o Migne^L Thiel

II. (11.) 69/70 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Resp., II, 11, (XL) [infra, p. 142, 587/588].

- re est, etsi mundanum, non tamen a ratione discretum
 90 miscere sermonem. Fertur quidam nobilis arte pingendi, cum
 equum peniculo uellet explicare, asellum sibi proposuisse
 pingenti, asserens, non ut iumentum imitaretur informe, sed
 ne in alicuius deformis lineamenti similitudinem lapsus in-
 cideret. (14.) Non improuide patrum ueneranda sapientia
 95 fideli posteritati, quae essent canonica dogmata, definiuit,
 certa librorum etiam ueterum in auctoritatem recipienda,
 sancto spiritui instituenti, praefigens, ne opinioni suae lector
 indulgens non quod aedificationi ecclesiasticae conueniret,
 sed quod uoluntas sua concepisset, assereret. Quid ergo
 100 calumniantibus opus, extra constitutos ecclesiae terminos
 porrigere quaestiones, et de his, quae ita habentur dicta, quasi
 dicta non sint, mouere certamina? — cum Christiana fides
 canonicis libris, et synodalibus disciplinis, et patrum regulari-
 bus constitutis, stabili et inconcusso tramite limitetur.
- 105 (15.) De arbitrio tamen libero et gratia dei, quid Romana,
 hoc est catholica, sequatur et seruet ecclesia, licet ex uariis

II. (15.) 106/107 ex uariis libris beati Augustini et maxime ad Hilarium et Prosperum] Avg., De praed. sanct. (CPL 354).

II. (15.) 105/109 FVLG. e.a., Rescr. ad Ioan. et Vener. = FVLG. e.a., Epist. 15, 18 [CC 91A, p. 456, 320/324].

90 Fert V G Thiel pintendi L 91 penicillo G Migne^a Migne^L Thiel ex-
 plicare] add. perfectum V G Migne^a Migne^L Thiel Guntber profuisse V G Thiel
 92 informem V, deforme Migne^a 93 formis V, informis G Migne^L Thiel.

(14.) 94 ueneranda patrum ~ G Migne^L Thiel Migne^{azo}. 95 posteritate L,
 potestati Migne^L, potestate Migne^{azo}. canonica] catholica Migne^L Migne^{azo}.
 definiunt V G, definiit Migne^L Thiel Migne^{azo}. 96 certam Migne^a in li-
 brorum etiam ueterum ~ Migne^a recipiendorum Migne^a 97 instruente
 Migne^L Migne^{azo}. praefigens] summam praescribens Migne^a 98 uoluptas
 Migne^L Migne^{azo}. 100 opus] add. erat G Migne^a Migne^L Thiel Migne^{azo}. 101
 quaestiones] que rationis L ita] om. Migne^a Migne^L Migne^{azo}. 102 discipli-
 nis] praeceptis et at disciplinis in marg. V, praeceptis G Migne^L Thiel Guntber
 Migne^{azo}. 104 tramite] termino [tramite] Migne^a, termino Migne^{azo}.

(15.) 105 de arbitrio ... dei] de gratia dei et libero humano arbitrio Maxent.
 quid] quod V 106 sequatur] teneat Maxent. seruet] add. [asseueret] Migne^a,
 asseueret Migne^L Migne^{azo}. ex] Maxent., et L Schwartz, et in V Guntber Fulg.^{ad},
 in G Migne^L Thiel Migne^{azo}. uariis] ipsis Maxent.

(15.) 105/108 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Resp., II, 15, (XL) [infra, p. 142, 599/601.596/599.

libris beati Augustini, et maxime ad Hilarium et Prosperum, abunde possit agnosci, tamen et in scriniis ecclesiasticis expressa capitula continentur, quae, si ibi desunt et necessaria
 110 creditis, destinamus, quamquam <qui> diligenter apostoli dicta considerat, quid sequi debeat, euidenter agnoscat.

Deus te incolumem custodiat, frater carissime.

Data Id. Aug., Fl. Rusticio u.c. cons.

108/109 *expressa capitula*] Capit. s. Aug. [infra, p. 251 sqq.] — (cf. Denzinger, 'Enchir.', adnot. ad n. 366 [p. 130]).

107 beatissimus *Maxent.* Augusti *V* 108 abunde] *om. V G Migne^L Thiel Guntber Migne^{xxo}.* cognosci *V G Migne^L Thiel Guntber Migne^{xxo}.* sciri *Maxent.* et] *om. Migne^L Migne^{xxo}.* 108/111 tamen ... agnoscat] *om. Maxent.* 109 capitula] *capla V* si ibi] sibi *V*, si tibi *G Migne^O Migne^L Thiel Migne^{xxo}.* 110 destinabimus *G Migne^O Migne^L Thiel Guntber Migne^{xxo}.* qui] *om. L* 111 cognoscat *G Thiel Migne^L Migne^{xxo}.* 112 Deus ... carissime] *om. V G Migne^L Thiel Guntber Migne^{xxo}.* *Maxent.* incolomen *L* 113 Data ... cons.] *om. Maxent.* Data] *V G Migne^L Thiel Guntber Migne^{xxo}.* Daτ *L Schwartz*, Datum *Migne^O* Id.] *Guntber*, Idus *L Schwartz*, id *V*, Idibus *cell.* Aug.] *Guntber*, Augustas *L Schwartz*, A^g *V*, Augusti *cell.* Fl. ... cons.] *om. V G Thiel Migne^{xxo}.* Fl.] *om. Guntber Migne^O* u.c.] ac Olybrio *Migne^O* consublibus *L*, consublibus *Migne^O.*

RESPONSIO
MAXENTI<I> IOANNIS SERVI DEI
ADVERSVS EPISTVLAM
QVAM AD POSSESSOREM
A ROMANO EPISCOPO
DICVNT HAERETICI DESTINATAM

(PROLOGVS)

(I.) Quamuis semper inuicta maneat ueritas, numquam tamen aduersus eam se attollere desinit falsitas ; et, quia aperta fronte contra eam non est ausa assurgere ne mox ualidissimis eius iaculis prosternatur, ipsius adumbrata specie aduersus
5 eam dimicat ; atque ita non solum leues et incautos, uerum etiam aliquando prudentes et graues decipit animos : quos cum suis oppleuerit tenebris, cogit eos insano mentis iudicio detrectare quae uera sunt et approbare quae sua sunt. Nam, cum non sit uirtus cuius non est origo ueritas, nec uitium quod
10 non a mendacio sumit initium, nullatenus ueraciter uitiosum arguere posse credendus est auctor et defensor mendacii ; et ideo non est mirum, si apud eos uirtus reputetur in <u>itium, qui, deserti lumine ueritatis, fallaciae nebulis obcaecantur.

(II.) Hinc denique eos, quos ad sui erroris de<de>cus incli-
15 nare nequiuertint, irreligiosos, superbos et inuidos accusare non metuunt, cum haec de illis potius integro et uero asseuerentur iudicio, qui erroris tenebris delectantur, non de illis, qui fixis permanent in ueritate uestigiis. Nam, cum suae peruersitatis haeretici nequiuertint reddere rationem, ad maledicta
20 conuertuntur ; et propria in eos mala traicientes, quos prauitati suae sentiunt inimicos, aditum sibi per hoc ad decipiendos simplices aestimant aperire.

Tit. INCIPIT RESPONSIO MAXENTI IOHANNIS SERVI DEI ADVERSVS EPISTOLAM QVAM AD POSSESSOREM A ROMANO EPISCOPO DICVNT HAERETICI DESTINATAM *L. Schwartz*, IOANNIS MAXENTII AD EPISTOLAM HORMISDAE RESPONSIO *Migne*^o, EX IOANNIS MAXENTII CONTRA SVPERIOREM EPISTOLAM SCRIPTIO *Migne*²⁰.

(PROLOGVS)

(I.-IV.) 1/28 Quamuis ... Quapropter] *om. Migne*²⁰.

(I.) 7 subpleuerit *L* 8 detractare *Migne*^o 12 in uitium (*Cochl.*) initium *L*
13 deserto *Migne*^o.

(II.) 14 decus *L* 20 eos (*Cochl.*) eis *L*.

(III.) Agunt en(i)m omnia callide, quo infamando et obtrectando catholicos, suam ualeant tegere turpitudinem, fin-
 25 gentes etiam aduersus eos quaedam scripta sub eorum nomine, qui uidentur in ecclesia eminere, quatenus omnium animos contra hos facile ualeant concitare.

(IV.) Quapropter, quoniam quaedam fertur ab inimicis ubique epistula quasi a Romano episcopo destinata, in qua multa
 30 inaniter contra Scytharum monachos digesta reperiuntur, necessari(o) consideraui ipsius epistulae dictis respondere, eosdemque monachos omni huiusmodi culpa liberos approbare. Nec me quilibet rite arguat ad scribendum pro eis leuiter prosiluisse, cum sciat nos debitores esse *pro fratribus* etiam
 35 *animas ponere*.

(V.) Vnde securus iam hunc laborem, deo me adiuuante, aggrediens, primo, obsecro : eadem epistula a pastore ecclesiae, an sit potius ab inimicis, uideamus, composita. Ambigo enim quomodo illae sacerdotales litterae approbandae sint,
 40 quae nulla luce radiant ueritatis, nec aliquam in se doctrinae contine(n)t rationem. Nam, qui quemlibet quasi errantem obiurgat nec instruit quid sequatur, non beneuolus doctor ostenditur, sed criminator inuidus denotatur. Vnde non est facile credendum hanc illius esse epistulam, cuius fertur nomi-
 45 ne titulata, praesertim cum in ea nihil, ut diximus, rationis aut consequentiae reperiatur, sed tota criminationibus obtrectationibusque uanis, quae solent ex rancore aduersantis procedere animi, uideatur referta. Nam si — ut haeretici uolunt — uere ipsius est, ex ipso sui principio proprio auctori
 50 contraria penitus approbatur.

(IV.) 24/25 : Ioh. 3, 16.

(III.) 23 enim (Cocbl.)] cum L 24 tegere] tenere Migne^o.

(IV.) 31 necessari L 32 omni] omnium Migne^o.

(IV.-V.) 33/43 Nec ... Vnde] om. Migne^{exo}.

(IV.) 33 arguat] rest. Schwartz, arguit L Migne^o.

(V.) 37 obsecro (Cocbl.)] abscreto L, add. an Migne^o 41 continet L 43 incriminator Migne^o 44 illius] om. Migne^o, eius Migne^{exo}. 45 titulatam L 48/50 Nam ... approbatur] om. Migne^{exo}. 50 approbat Migne^o.

(RESPONSIO ADVERSUS EPISTYLAM)

I. (1.) Denique ita incipit : "Sicut rationi congruit ut consulant ambigentes, ita par est respondere consultos, quia ipse impellit in errorem, qui non instruit ignorantem". (VI.) Doctoris certe dicta, factis eius non debent
 55 esse contraria : quia tunc magnam ad docendum probantur habere auctoritatem, quando inuicem se non destruunt ; alioquin non ad aliorum instructionem proficiunt, sed sui potius confusionem demonstrant. Cum ergo non aliis, sed istis ipsis, aduersus quos haec scripta sunt, monachis responsum
 60 quaerentibus Romanus episcopus dare omnino distulerit, eosdemque, post multa maris pericula longique itineris uexationem necnon etiam afflictionem prolixi temporis quo eos apud se detinuit, uacuos et sine ullo effectu ad has partes uenire compulerit — quod omnibus paene catholicis notum
 65 est, nec ipsi queunt haeretici denegare — : quomodo non sibi ipsi reperitur in hac epistula scripsisse contraria ? — si tamen non est, (quod magis credendum aestimo) ab haeticis ficta, qui, ad conturbandos fidelium animos et ad commouendam memorato uiro inuidiam, ipsam, sub eius nomine titulatam,
 70 ubique proferunt, perpetuam uolentes inter ecclesias esse discordiam. (VII.) Alioquin, si — ut isti affirmant — haec Romani episcopi scripta credenda sunt : qualis iam iste sit, qui et ad haeticos epistulas dirigit et factis suis contraria scribere non confunditur, non iam a me uolo quaerat, sed
 75 proprio iudicio prudens lector intellegat. Nam si — ut dicit — rationi congruit respondere consultos : cur ipse nullatenus acquieuit dare responsum interrogatus ? Vnde — iuxta propriam definitionem — ipse ignorantes plenius impulsisse conuincitur in errorem, qui recti tramitis indicia nullatenus
 80 acquieuit requirentibus demonstrare, eosque, quos legatus suus Dioscorus Nestorianae perfidiae laqueis compediuit, filium dei unum negando esse ex sancta et indiuidua trinitate, nullo salubris doctrinae suffragio liberare.

(RESPONSIO)

I. (1.-6.) 51/544 Denique ... testatur] *om. Migne²²⁰.*

(1.) 58/59 Cum ergo ... scripta sunt] Quod *Migne²* 73 et¹] *om. Migne²* epistolam *Migne²* 88 suffragio] *dein aliqua excidisse, ex.gr. erroris uinculo coni. Schwartz.*

(RESPONSIO)

I. (1.) 51/54 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Epist., I, 1 [supra, p. 115, 1/4] (cf. ACO IV, III-1, p. 259, [a]).

Rursus, si — ut sequens adiungit — “nihil est aptius studioso religionis, quam inquisiti(o) ueritatis” : quomodo, inferius, ‘nouarum cupidus quaestionum’ accusat ueritatis inquisitores ? (VIII.) et si “deuia uitat” — ut dicit — “qui iter, per quod gradiatur, rogat” : cur deuia uitare uolentibus, iter, per quod graderentur, noluit edocere ? an forte illis ideo dare responsum distulisse credendus est, qui percontanti in hac pollicetur epistula respondere : quia suae fidei eos iudicauit ? (IX.) Sed, utrum ita sit de Romano episcopo, suo loco uidebimus. Nunc certe auctorem huius epistulae haereticum esse, quisquis ille est, et inimicum catholicae ueritatis, non est dubium ; quod mox ex ipsius dictis docebimus.

(2.) Denique ita sequitur : “Sed priusquam respondendi curam, de his, quae dilectio tua percontatur, aggrediar, libenter in litteris tuis fidei tuae me fateor inuenisse feruorem, cuius calore succensus, rediuiuiam in illis partibus infidelium peruersitatem uigere suspiras. Dignissimus dolor, qui dedita deo corda contristet. Nec est apud eos lapsus illamentabilis, apud quos est igniculus caritatis, quia unum spiritualium uotum est salus inconcussa cunctorum”. (X.) Catholicorum atque fidelium in hac urbe, eorum dumtaxat, qui uere fideles sunt, ambigit nemo Possessorem, ad quem et de quo haec iste scribit, non solum non confiteri *Christum filium dei uiui* unum ex sancta et indiuidua trinitate, sed et aduersari

(2.) 106/107 Matth. 16, 16 ; Ioh. 11, 27.

(2.) 98 in litteris tuis] Possess., Relat. = [HORM.] Epist. 115 [Thiel, p. 916-917] = epist. 230^{AVELL.} [CSEL 35, p. 695-696].

84 adiunxit *Migne*^a nihil] nec quidquam *Hormisd.* aptius est ~ *Hormisd.*
 87 deuium *Hormisd.* 88 graditur *Migne*^a uolentes *Migne*^a 91 epistole *L.*
 92/93 uidebimus loco ~ *Migne*^a.

(2.) 101 constristat *Migne*^a Nec] *add.* enim *Migne*^a *Hormisd.* 102 apud quos] *add.* eos *L.*, quibus *Hormisd.* 107 sancta et] *om.* *Migne*^a.

84/85 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Epist., I, 1 [supra, p. 115, 4/5] (cf. ACO IV, III-1, p. 259, [b]). 86 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Epist., I, 8 [supra, p. 117, 44/45 ; infra, p. 136, 390]. 87/88 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Epist., I, 1 [supra, p. 115, 6] (cf. ACO IV, III-1, p. 260, [c]).

(2.) 90/103 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Epist., I, 2 [supra, p. 115, 7/14] (cf. ACO IV, III-1, p. 260, [d]).

eis, qui hoc fiducialiter confitentur, atque infideles et perfidos nefanda accusare temeritate. Vnde denique ad hoc ubique
 110 hanc ipsam impudenter profer<unt> epistulam, quatenus et Christus filius dei unus negetur esse ex sancta et terribili trinitate, et Nestoriana prauitas a suis fautoribus libere ualeat praedicari. (XI.) Quis ergo iam dubitet hunc, qui se huius fidei feruorem libenter in eius litteris inuenisse testatur, unum ex
 115 eorum numero esse, qui huic sanctae sententiae impie contradicunt? Suspirat namque idem Possessor, non fidei — ut iste dicit —, sed, ut ueritas docet, haeretico calore succensus; nec, quia infidelium peruersitatem uigere in his partibus uidet, sed, quia fidelium assertiones ferre non potest, ingemiscit.
 120 Vnde iam non dignissimus, sed ualde turpissimus dolor talium comprobatur, qui non deo, sed errori dedita corda fidelium aemulatione contristat. Nec apud eos caritatis igniculus inueniri posse credendus est, qui, prauitatis suae malitia excaecati, lapsos et lamentabiles iudicant qui, armis catholicae
 125 ueritatis instructi, haeticorum inimica destruunt argumenta, quia reuera unum spiritualium, non autem haeticorum uotum est salus inconcussa cunctorum.

(3.) Post haec ita sequitur: (XII.) "Sed non est" inquit ignota ecclesiis dei de huiusmodi procellis aut insueta
 130 tempestas: quamuis rectoris sui gubernaculo inconcussa persistat, uariis tamen incursantium fluctuum laborat uexata turbinibus".

(4.) "Nam unde est psalmidici uox prophetae, qui, ipsius ecclesiae personam, spiritu quo implebatur, assumens:
 135 Saepe inquit *expugnauerunt me a iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi*? Concutiunt, sed in nihilo praeualebunt".

(XIII.) Vera dei ecclesia, cui non sunt haeticorum ignotae procellae, non est illa, quae, Christum gratia non natura deum,

(4.) 135/136 Ps. 128, 2.

108 eos L 110 profer L 117 succensus L 118 partibus] *om. Migne*^a
 124 iudicant] *indicant eos Migne*^a 126 quia] *quare Migne*^a.

(3.) 129 ecclesiae *Migne*^a 136 tempestas] *add. et Migne*^a 131 incursantium] *insurgentium Hormisd.*

(3.) 128/129 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Epist., I, 3 [supra, p. 116, 14/17] (cf. ACO IV, III-1, p. 260, [e]).

(4.) 133/136 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Epist., I, 4 [supra, p. 116, 17/21] (cf. ACO IV, III-1, p. 260, [e]).

confitetur, sed illa, quae, deum uerum et ob hoc unum ex trinitate, praedicat, Emmanuhelem : propterea denique uariis incursantium fluctuum laborat quidem uexata turbinibus, sed nullo pacto subruitur ; manet namque semper immobilis, quia ueri dei regitur gubernaculo. Aduersus hanc omnes haeretici, tam qui ab ea manifeste abscisi atque diuisi sunt, quam hi, qui, intra eam positi, spiritaliter ab ea dissentiunt, quos fortiter sancta fidelium tolerat caritas, semper arma corripunt, eamque falsis criminationibus insectari non desinunt, atque eos, quos suis potuerint irretire erroribus, in eius nituntur inuidiam concitare. Sed in nihilo praeualent, quia ueraciter a deo uero, quem colit et praedicat, illi promissum est : nullatenus aduersus eam portas inferi praeualituras. Huic denique illud, procul dubio, propheticum conuenienter competit testimonium, quod, quasi ex persona eiusdem ecclesiae, iste protulit, dicens : *Saepe expugnauerunt me a iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi.*

Sed iam nunc ea, quae sequuntur, consideremus : "Adhuc" inquit "in area sumus, mixta sunt frumenta cum paleis, gemunt boni consortia malorum ; sed superest flamma non necessariis, et parata sunt horrea iam probatis". (xiv.) In his remorari diutius, superfluum aestimo. Quis enim nesciat, sicut frumentis horrea, ita paleis flammam esse paratam ? Sed in hac area, hoc est in ecclesia, in qua mixta sunt frumenta cum paleis, et gemunt boni consortia malorum : quis eos necessarios aut certe non ut paleas perpetuo igni cremandos esse iudicet, qui, ore sacrilego, natura deum negantes Emmanuhelem, a catholica ueritate desciscunt, et apostatae effecti, armis propriae impietatis aduersus eam, quae eos genuit, dimicant ? Sciendum tamen posse etiam uerae professionis amatorem, si in malis operibus conuersetur, inter non necessarias paleas deputari, numquam autem fautorem

150/151 nullatenus ... praeualituras] cf. Matth. 16, 18. 154/155 Ps. 128, 2.

(4.) 140 Emmanuel *Migne*^o 141 incursantium *Migne*^o 142 quia] *add. a Migne*^o 144 abscissi *Migne*^o 147 eamque ... desinunt] *om. Migne*^o 148 irretire] *om. Migne*^o 157 mista *Migne*^o 150/151 In (*om. his*) re morari *Migne*^o 155 remorare *L* 156 superfluctu *L* 158 mista *Migne*^o 159 ut] *om. Migne*^o 160 Emmanuhelem] *om. Migne*^o 166 desciscunt (*Corbl.*) desciscum *L*.

150/150 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Epist., I, 4 [supra, p. 116, 21/24] (cf. ACO IV, III-1, p. 260, [f]).

falsae professionis posse inter frumenti optima grana connumerari, etiamsi bonis uideatur operibus decoratus, quia nullatenus illa opera bona sunt iudicanda, quibus non est ueritas fundamentum.

- 175 (5.) His adiungit et dicit : "Sed ubi terrarum non ista permixtio ? Nos fixis decet stare uestigiis ; proficiemus inter aduersantes propriis bonis, si non inuoluamur erroribus alienis". (xv.) Cum ubique terrarum permixtionem istam esse non ambigas : cur, in qua parte fixis deceat stare uestigiis, 180 omnino non explicas — praesertim cum hoc doctrinae exigat ratio, ne minus instructi, qui te audiunt, alienis inuoluantur erroribus — ? nisi quia callide tuam niteris occultare perfidiam. Sed te splendore suo detegit catholica ueritas, et, iuxta cetera mala etiam superbissimae Pelagianae perfidiae in- 185 uolutum erroribus, cunctorum oculis anteposit, qui inter aduersantes non dei munere, sed propriis bonis proficere te posse tumida elatione confidis, quia, si propriis bonis et non dei auxilio inter aduersantes posset proficere natura humana, numquam propheta, spiritu dei repletus, oraret dicens : *Per-* 190 *fice gressus meos in semitis tuis, ut non moueantur uestigia mea.*
- Adhuc sane antedictae haereseos spiritu animatus, sequeris et dicis : "Probat enim uirtu<ti>s suae ualidum robur, qui, cum impellitur, non mouetur", cum non semper, sed tunc quilibet utiliter et salubriter non moueatur impulsus, 195 quando a ueritate fidei non deicitur diuersis tentationibus inquietatus. (xvi.) Frequenter etenim imperiti errorem pro ueritate defendunt, et in falsis bonis seu potius in ueris malis pertinaciter perseuerant, quod non probatae uirtutis est ualidum robur, sed improbabilis uitii imbecilla temeritas. 200 Sed quis sua uirtute et non auxilio crucifixi in ueritate fidei se immobiliter posse perseuerare confidit, nisi qui utique superbiae spiritu excaecatus, euidenter diuinis contradicit eloquiis ? — cum propheta nonnisi diuini muneris hoc opus esse testetur,

(5.) 180/190 Ps. 16, 5.

(5.) 175 Sed] *om. Hormisd.* non] *add. est Hormisd.*^{med.} 175/176 permixtio *Migne*^o 177 erroribus non inuoluamur ~ *Hormisd.* 178 permixtionem *Migne*^o 183 detegit L 186 te] *om. Migne*^o 188 deo L 192 uirtus L 201 utique (*Cocbl.*) uti se L 203 cum] quia *Migne*^o muneris] numeris L

(5.) 175/178 MAXENT. Adu. epist. Hormisd., Epist., I, 5 [supra, p. 116, 24/26] (cf. ACO IV, III-1, p. 260, [g]). 192/193 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Epist., I, 5 [supra, p. 116, 26/28] (cf. ACO IV, III-1, p. 260, [h]).

dicens : *Impulsus uersatus sum ut caderem, et dominus suscepit*
 205 *me. Fortitudo mea et laus mea dominus, et factus est mihi in salutem*, et iterum : *Si dicebam : Motus est pes meus, misericordia tua, domine, adiuuabat me*, et rursus, ne contraria moueretur impulsione, orat, dicens : *Non ueniat mihi pes superbiae, et manus peccatoris non moueat me.*

210 (xvii.) His denique ita praemissis, specialiter iam contra eos (pro quibus agimus) monachos, iracundiae facibus accensus et inuidiae stimulis incitatus, totus intendit, et, licet eos, publica(m) ueritus conscientia(m), manifeste haereticos non audeat accusare, oblique tamen et callide hoc uult de eis intellegi ; dumque ipsos iniquis impudenter obtrectionibus lacerat, falsisque criminationibus nititur offuscare, seipsum taetri erroris nigredine adopertum cunctorum aspectibus anteponebat.

(6.) Adiungit namque et dicit : "Vbi non uariae tentationis
 220 aculei ? Quales super hunc fere iugem annum quorundam Scytharum, qui monachos praeferebant specie non ueritate, professione non opere, subtili tectas calliditate uersutias et sub religionis obtentu famulantia odiis suis uenena pertulimus, studentes eos ab interno uulnere medicabilis
 225 patientiae moderatione sanare, beati Pauli monita non tacentes : *Noli uerbis contendere : ad nihil utile est, nisi ad subuersione(m) audientium*". (xviii.) Principalis professio omnium in commune Christianorum est, uiam ueritatis et caritatis, duce Christo, uigilanter ingredi. Quapropter, si professione saltem aut specie esset iste catholicus, qui, specie et
 230 professione tantum, non opere et ueritate religiosos eos (contra quos agit) audet dicere monachos, credi forsitan poterat recto de eis haec et uero exaggerare iudicio. At uero, ubi inimicum

204/206 Ps. 117, *13-14. 206/207 Ps. 93, 18. 208/209 Ps. 33, 12.

(6.) 226/227 II Tim. 2, *14.

205 laus] laudatio *Migne*^a mihi] *om. Migne*^a 213 publica ueritus conscientia
 L, publica ueritatis conscientia *Migne*^a hereticus L 215 imprudenter *Migne*^a.

(6.) 219 temptationum L *Schwartz* 220 super] per *Migne*^a 226 tacentes]
 tenentes *Migne*^a *Hormisd.*^{cod.} Nolite *Hormisd.*^{cod.} nihil] *add. enim Migne*^a
Hormisd. (cum Vulg.) 227 subuersione L 230 saltem] salutem L 233
 haec] *om. Migne*^a

(6.) 219/227 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Epist., I, 6 [supra, p. 116, 28/35]
 (cf. ACO IV, III-1, p. 260, [1]).

- eum catholicae ueritatis sua ipsius dicta redarguunt : quis
 235 ambigat haeretico eum spiritu exagitatum inique haec omnia
 aduersus eosdem monachos euomuisse ? — neque enim illi,
 <qui>, catholica sequentes dogmata, *Christum filium dei uiui*
 unum confitentur esse ex sancta et unius essentiae trinitate,
 sed iste potius, qui hoc impie denegat, subtili tectas calliditate
 240 quasdam uersutias machinari, ac fidelium animos inquietare,
 et sub obtentu religionis famulantia non tantum odii, sed et
 erroris sui uenena per omne corpus ecclesiae uelle diffundere
 manifestissime confutatur : praesertim qui hanc sanctam et
 catholicam uocem, tentationis sibimet aculeum esse testatur.
 245 (XIX.) An forte non est catholicum, *Christum filium dei uiui*
 unum confiteri ex sancta et indiuidua trinitate ? — pro hac
 etenim sola sententia Scytharum monachos constat ad Roma-
 num fuisse profectos episcopum, sicut omnibus paene, non
 solum in hac regia urbe, uerum etiam in uniuersa Italia,
 250 catholicis notum est ; nam et ipsi haeretici, ut superius dictum
 <est>, ad hoc ubique hanc ipsam (cui respondimus) epistulam
 proferunt : quatenus et saepe dictis monachis inuidiam concit-
 ent, et omnes quasi ex auctoritate eiusdem Romani episcopi
 prohibeantur Christum filium dei unum confiteri ex trinitate.
 255 Sed quis, hanc sententiam catholicam non esse, ausus est
 profiteri : quam uniuersa ueneratur et amplectitur dei eccle-
 sia ? — confidenter etenim dicere audeo, non quia <si> per
 epistulam, sed si uiua uoce, hic in praesente positus, idem
 Romanus prohiberet episcopus, Christum filium dei unum
 260 confiteri ex sancta et indiuidua trinitate, numquam eidem
 dei ecclesia acquiesceret, numquam ut episcopum catholicum
 ueneraretur, sed omnino ut haeticum penitus exsecraretur,

237 Matth. 16, 16 ; Ioh. 11, 27.

245 Matth. 16, 16 ; Ioh. 11, 27.

(6.) 238/206 *Christum ... contendat*] cf. DIONIS. EXIG., Praef. 7, 2 [CC 85, p. 63, 14/19].

237 qui (Cochl.) om. L uiui] om. Migne^o 241 et²] om. Migne^o 240
 sanctae L Migne^o 251 est] om. L respondemus Migne^{exc.} 255/206
 Sed ... contendat] om. Migne^{exc.} 257 confidenter (Cochl.) confitentur L quia]
 quod Migne^o si] om. L 258 sed] add. quod Migne^o praesenti Migne^o
 259 Rom. Migne^o

259 *superius*] lin. 68/70.

quia quisquis hoc non confitetur, non est dubium [esse] quod, Nestorianae perfidiae tenebris excaecatus, quantum, et extraneum a sancta et ineffabili trinitate, eum, qui pro nobis crucem sustinuit, praedicare contendat. (xx.) Sed absit ut ex qualibet parte catholicae professioni Romanus episcopus contradicat — numquam etenim Scytharum monachos, quos non simplici sermone, sed etiam scriptis, Christum filium dei
 265 unum ex trinitate nouerat confiteri, per quattuordecim paene menses, quamdiu eos ibi detinuit, <sibi> communicare permisisset, si — ut haeretici uolunt — hanc praedicationem catholicae fidei contrariam iudicare<t>; qui etiam, ut se a prauitate proprii legati purificaret, multis idoneis uiris prae-
 275 sentibus, Romanum, uirum gloriosissimum magistrum militum, deprecatus est, quatenus sua uerba piissimo imperatori insinuaret, quae fuere huiusmodi : “Nisi Christum filium dei, qui pro nobis passus est carne, unum esse ex sancta et indiuidua trinitate fuerit confessus Dioscorus, pelago demergatur”.
 280 (xxi.) Vnde quis facile credere audeat hanc a memorato uiro, ut saepe diximus, directam epistolam ? — nisi forte, quod de tanto antistite credere importunum est, a memorato Dioscoro postea deprauatus, contra suam ipsius sententiam haec scripsisse credendus est. Verumtamen, siue ab hoc siue
 285 a quolibet alio haec sit scripta epistula, non est dubium auctorem eius esse haeticum, qui contentionem uerborum et subuersionem audientium iudicat, *Christum filium dei uiui* unum fateri ex trinitate — apostolus etenim non ueridicas assertiones, ex quibus fidelium animae aedificantur et haeticorum prauitas confutatur, sed inanes et ueritati contrarias docet esse uerborum contentionem subuersionemque audientium ; (xxii.) alioquin numquam nos scriptura diuina admone-

286/287 *contentionem ... audientium*] cf. II Tim. 2, 14. 287 Matth. 16, 16 ; Ioh. 11, 27. 290/292 *inanes ... audientium*] cf. II Tim. 2, 14.

275 *Romanum*] cf. HORM. PAPA, Epist. ad Germ. et Diosc. (die 15. VII. 520) = HORM., Epist. 123, (1) [Thiel, p. 926 ; ibid. not. 1] = Epist. 229^{AVELL.}, 1 [CSEL 35, p. 694, 9 sqq.].

283 *esse*] L. Schwartz, *om. Migne*^a 287 *professionis* L. Roman. *Migne*^a
 288 *simplicis* L. 271 *detinuit*] s.l. L. sibi (Cochl.) *om. L.* 273 *iudicare* L.
 278/279 *qui ... demergatur*] *om. Migne*²²⁰. 278 *est*] *add. in Migne*^a.

(8.-10.) 284/286 *Verumtamen ... impunitus*] *om. Migne*²²⁰.

(8.) 286 *etenim*] *enim sanctus Paulus Migne*^a.

ret, dicens : *Ne confundaris loqui uer[b]um pro anima tua, et : Pro ueritate certa usque ad mortem* ; numquam etiam idem
 295 apostolus contradicentes Iudaeos siue gentiles reuincere potuisset, nisi legitime decertasset ; hinc denique, inter cetera, ubi, de electione episcopi, propriu(m) in fide filiu(m) instruit, praecipit, dicens : *Amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, ut potens sit ex(h)ortari in doctrina sana,*
 300 *et contradicentes reuincere. Sunt en(i)m multi inoboedientes, uaniloqui et seductores, maxime qui de circumcisione sunt : quos oportet redargui ; qui uniuersas domos subuertunt, docentes quae non oportet turpi(s) lucri gratia.* (XXIII.) Quocirca non est mirum, si catholica sanitas, uulnus ab haereticis aestimetur ;
 305 sicut et ab hoc, qui studium medicabilis patientiae, moderatione adhibuisse se iactat, quo Scytharum monachos a proprio sanaret uulnere.

(7.) Vnde sequitur : "Sed quando" inquit "uirus, quod uiscera penetrarit, euellitur ? quando corda, male sibi credula,
 310 ueritatis obtemperant institutis ? quando induit oboedientiae humilitatem, opinionibus suis uallata superbia ? quando acquiescunt paci, contentionum stimulis assueti, sola certamina auentes de re(li)gione captare, et mandata negligere ?". (XXIV.) Non est dubium catholica dogmata,
 315 sicut fidelibus salutifera, ita esse mortifera infidelibus. Hinc denique beatus apostolus : *quibusdam odorem se dicit esse uitae in uitam, quibusdam uero odorem mortis in mortem*, ex quibus unus iste esse omnino conuincitur, qui sanctam et ueritati conuenientem Scytharum, immo uniuersae ecclesiae, pro-
 320 fessionem, uirus noxium arbitratur. Nec immerito : uidet namque propriae perfidiae hanc esse sententiam sine dubio

293 Eccli. 4, *24 (Sirac. 4, 20 LXX).

294 Eccli. 4, *33 (Sirac. 4, 28 LXX).

298/293 Tit. 1, *9-11.

(7.) 310/317 II Cor. 2, *16.

293 fort. uerum scribendum (Eccli. 4, 24), uerbum L Migne^o Schwartz (cf. supra, p. 51, 9)

294 usque ... etiam] iterat. L

295 apostolus] gentium doctor Migne^o

297

proprio ... filio L instruet L

298 Amplectere Migne^o

299 sis Migne^o

exortare L

300 enim] eum L

303 turpi L

est] om. Migne^o.

(7.) 300 penetraret L, penetrauit Migne^o, penetret Hormisd.^{ad}. 312 stimulis] studiis Hormisd. (cf. infra, lin. 329) 313 auentes (Cocbl.)] habentes L Hormisd.^{ad}. regione L

(7.) 308/314 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Epist., I, 7 [supra, p. 117, 35/41] (cf. ACO IV, III-1, p. 260, [k]).

peremptoriam, quae ab eorum uisceribus, quos diuina custodit gratia, ideo numquam euellitur, quia eius uitalis suauitudo nutrit et fouet corda fidelium. Hic autem idcirco nullatenus
 325 huius gratiae suauitudini acquiescit, quia — sicut ipse ait — numquam male sibi credula corda, ueritatis obtemperant institutis, numquam induit oboedientiae humilitatem, opinionibus suis uallata superbia. Vnde non iam illi, qui haereticam pacem refugiunt, sed iste potius contentionum stimulis
 330 assuetus penitus comprobatur, qui, ueritati impie resistens, a catholica pace dissentit. Nec mandata Christi neglegunt — sicut inique obloquitur —, sed omnino custodiunt, qui non falsa, sed uera exercent pro catholica religione certamina.

(8.) Adhuc odii sui ueneno turbatus, sequitur, et : (xxv.)

335 "Numquam caritatem nouo praecepto commendatam, numquam pacem dominico discessu relictam" apud Scytharum monachos esse conqueritur, quia eos prospicit pro zelo catholicae fidei non fidelium, sed infidelium uigilanter per dei gratia(m) declinare consortia ; eosdemque : <in> "una pertinacis
 340 propositi cura" deditos, "rationi uelle imperare, non cedere" impudenter accusat, cum eos ueritas suis penitus approbat rationibus subiectos. An forte illos rationi cedere, non imperare, iudicat : qui Christum, unam personam quidem ex trinitate, non autem unum ex trinitate, esse fatentur ? Sed hi, qui hoc
 345 dicunt, potius rationi uelle imperare, non cedere, penitus conuincuntur. Quis enim tam stultus et uecors sit, quo dicere audeat, Paulum ex apostolis unam esse personam, non autem unum esse ex apostolis Paulum ? (xxvi.) Loci oportunitas exi(g)it, ut demonstretur a nobis : qualiter et cur haeretici,
 350 ex quibus unus Dioscorus, unam personam Christum praedicantes ex trinitate, unum ex trinitate Christum confiteri

(8.) 335 caritatem ... commendatam] cf. Ioh. 13, 34. 336 pacem ... relictam] cf. Ioh. 14, 27.

322 ab eorum] illorum *Migne*^o 325 suauitudo L.

(8.) 324 sequitur. Et] *om. Migne*^o 335 commendata(m) praecepto ~ *Hormisd.* 336 dominica L. relictam(m) discessu ~ *Hormisd.* 338/339 gratia L. 339 in] *suppleui, om. L. Migne*^o *Schwartz* (qui aut [lin. 339/340] uni ... curae scribendum, aut [lin. 340] deditos secludendum putat) 340 cura propositi ~ *Hormisd.* 341 suus L. 345 credere *Migne*^o 346 quo] qui *Migne*^o 348 exigit (*Cocbl.*) exiit L. quur L.

(8.) 335/336 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Epist., I, 8 [supra, p. 117, 41/42]. 339/340 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Epist., I, 8 [supra, p. 117, 43/44]. 340/348, 350/352 cf. MAXENT., Dial. c. Nest., II, XXI [supra, p. 105, 1015/1016. 1005/1007].

nullatenus acquiescant. Personam igitur dei uerbi habere asserunt Christum, non autem quod ipse deus uerbum sit Christus — sicut personam dei uidebatur habere propheta, 355 qui dicebat ad Israhelem : *Audi populus meus, et loquar ; Israel, testificabor tibi : Deus, deus tuus sum ego*, cum tamen non esset ipse deus, sed ille, qui haec contestabatur Israeli per eum, et tamen quasi ipse esset deus, dicebat : *Deus, deus tuus sum ego*. Secundum hunc ergo modum, Christum unam 360 personam asserunt haeretici esse ex trinitate, non quod hic Christus unus sit ex trinitate, sed quia dei uerbi in se habitantis personam habeat, quae est una ex trinitate, ut iam sic uicarius quodammodo siue minister sit dei uerbi Christus, non autem ipse deus uerbum sit Christus — quod, quam sit 365 impium, etiam ipsi, qui hoc asserunt, credo, animaduertunt. Hac denique calliditate, unam quidem personam Christum fatentur ex trinitate, unum autem ex trinitate eum nolunt penitus confiteri. (XXVII.) Qui autem, non dei uerbi personam Christum habere, fatentur, sed ipsum deum uerbum Christum 370 credunt et confitentur : sicut unam personam ex trinitate, ita et unum ex trinitate praedicant Christum — quia, si deus uerbum est Christus, et Christus deus uerbum, sicut catholica sanitas credit : quomodo non est Christus unus ex trinitate, si una persona est deus uerbum ex trinitate ? nisi forte deum 375 uerbum siue Christum aliquid aliud praeter naturalis personae asserunt esse uocabulum, quod, credo, nullus umquam ausus fuit haeticorum dicere. Si autem deum uerbum siue Christum non aliud aliquid, sed naturalis personae uocabulum esse intellegunt : quomodo non est Christus unus ex trinitate, si 380 una naturalis persona est idem Christus ex trinitate ? (XXVIII.) Sed in his tenebris ideo deuoluuntur : quia non iuxta compositionem, deum uerbum et ab eo susceptam naturam humanam, unum intellegunt Christum, sed iuxta alterius in altero habitationem, sicut superius edocuimus ; siue secundum 385 gratiam, duarum personarum socialem unionem, unam personam Christum intellegunt — secundum illud, quod in actibus apostolorum, propter concordem uoluntatem, legitur, multorum discipulorum unum esse cor et unam animam.

355/356 Ps. 49, *7.

356/359 Ps. 49, *7.

388 multorum ... animam] cf. Act. 4,

32.

350 Israel] *add. et Migne^o (cum Vulg.)*

modo L

373 credit sanitas ~ *Migne^o*357 Israel *Migne^o*

363 comodam-

*add. xpm L*381/382 compositum *Migne^o*375 aliud] *om. Migne^o*

378 aliud]

gratiam] *om. Migne^o*unionem] *add. per gratiam Migne^o*

386 Christum]

om. Migne^o

Sed iam quod sequitur, uideamus: "Contemptores" inquit
 390 auctoritatum ueterum, nouarum cupidi quaestionum; solam
 putantes <scientiae> rectam uiam, qualibet susceptam
 facilitate sententiam". (xxix.) O impudens et stulta haere-
 ticorum temeritas, quae, sub specie pietatis, impietatem
 conatur astruere! non enim putant — ut ais, o infelix perfidia
 395 —, sed omnino rectam credunt esse scientiae uiam, qui Chris-
 tum deum uerbum et ob hoc unum fatentur ex trinitate; nec
 contemptores, sed potius ueneratores auctoritatum ueterum
 comprobantur, qui hanc sanctam et totius ecclesiae senten-
 tiam non — sicut tu temere insultas — qualibet facilitate sus-
 400 ceptam, sed iuxta diuinorum eloquiorum et sanctorum patrum
 traditionem fideliter confitentur. (xxx.) Et ideo non illi, quos
 falso arguis, sed tu potius nouarum cupidus quaestionum
 detegeris, qui deum Christum quartum, et alienum a sancta
 et indiuidua trinitate, conaris asserere, quod nullus umquam,
 405 praeter Nestorium sociosque eius, praedicare in ecclesia usur-
 pauit; quem talia blasphemantem, a fidelium numero non
 immerito sanctorum patrum exclusit et abiecit auctoritas.
 Exaggeras sane adhuc, et dicis: eosdem monachos "eo
 usque tumoris elatos, ut ad arbitrium suum utr<i>usque
 410 orbis putent inclinandum iudicium, nec in numero fidelium
 deputent sequacem traditionis paternae, quem suae uide-
 rint c[r]edere nolle sententiae" — cum hoc uere de eis
 assereres, si eorum sententiam contrariam catholicis posses
 dogmatibus approbare. (xxxi.) At uero, cum hoc nulla ualeas
 415 ratione edocere, inique omnino tantopere contra eos inueheris,
 qui, iuxta sanctorum patrum traditionem, *Christum*, quem
super omnia deum testatur apostolus, unum confitentur ex
 sancta et unius essentiae trinitate — quorum sententiis non
 sequaces paternae traditionis, sed illi a numero fidelium ex-

410/417 Rom. 9, 5.

389 inquit] ait *Migne*^o 390 auctoritatem L 391 scientiae] *om.* L (cf. *infra*,
 lin. 395) conceptam *Hormisd.* 395 scientiae] sententiae *Migne*^o 401/402
 quos falso arguis] *om.* *Migne*^o 406 blasphemantem L 409 utrosque L
 410 inclinandum] *add.* esse *Hormisd.* 411 deputantes *Hormisd.*^{cod.} quem] si
Hormisd. 412 credere L *Migne*^o *Schwartz* (cf. *Hormisd.*) cum hoc] tu hoc
 tunc *Migne*^o 415 tantopere contra] tantumper e contra L 418 trinitatem L

389/392 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Epist., I, 8 [supra, p. 117, 44/46] (cf.
 ACO IV, III-1, p. 261, [1]). 408/412 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Epist., I,
 8 [supra, p. 117, 46/49]. 410/417 cf. MAXENT., Lib. fid., XI, (22) [supra, p. 18,
 280.284].

420 cluduntur, qui eorum, immo totius ecclesiae, confessioni existunt contrarii.

(xxxii.) Iam uero, in consequentibus, quis non uideat quanta eos replet dementia laceres? "Docti" inquis "crimina serere, obtrectationum uenena componere, integrum ecclesiae
425 corpus odisse, seditiones [in]struere, inuidiam concitare, et, pro oboedientia, quae in coenobiis principatum regularis obtinet disciplinae, obstinationem pertinacis amare superbiae" — cum haec omnia nonnisi de illis uero et certo asseuerentur iudicio, qui, tenebris nefandi erroris caecati, catholicae ueritati resistunt. (xxxiii.) Quapropter te potius criminatorem et obtrectatorem, seditiosum quoque et inuidum atque amatorem pertinacis superbiae et inoboedientem, non humanus error, sed ipsa ueritas prodit, cuius te inimicum esse non dubium est, sicut superius saepe probauimus — leuius etenim
435 est cuiuslibet hominis, quam dei esse criminatorem. An non est aduersus deum crimina serere, et obtrectationum uenena componere : de eo, quae falsa sunt, praedicare, aduersariosque eius defendere? quis autem tam stultus et hebes sit, quo non eum inoboedientem, superbum et pertinacem iudicet :
440 quem uidet in proprio errore obstinate persistere, et catholicis nolle dogmatibus cedere? aut quis non eum potius certo et uero iudicio seditiones struere, et inuidia[m] concitare arguat : quem perspicit aduersus catholicos iniqua dilatare mendacia? quomodo autem non integrum ecclesiae corpus
445 odisse illi potius iudicandi sunt : qui perfidiae suae uenena in eius membra conantur diffundere, eaque a propria et salutifera professione auertere? — quod te et omnes qui tibi consentiunt, implere uelle non dubium est, qui, callida tergiuersatione, Christum filium dei unum non esse ex trinitate, praedicare contenditis. Monachi autem, quos inique laceras, in tantum ab hoc crimine alieni sunt, ut numquam per dei gratiam catholica communione discesserint, licet ad tempus, ob nonnulla scandala in Orientis partibus orta, Occidentalibus ecclesiis communicauerint.

424 obtrectationum L 428 instruere L. Schwartz, struere Migne^o (cf. Hormisd., et infra, lin. 442) 427 obtinet] tenet Migne^o 427 obstinationum L 428 omnia] om. Migne^o certo] add. omnium Migne^o 433 ipse L cuius] eius Migne^o 434 probabimus L 438 quo] qui Migne^o 442 inuidia L 440 dei] om. Migne^o 451/452 gratiam] add. a Migne^o 452 ob] om. Migne^o 453 scandala] secunda Migne^o.

423/428 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Epist., I, 8 [supra, p. 118, 50/54] (cf. ACO IV, III-1, p. 261, [m]).

- 455 (9.) Adhuc sane non confunderis, sed impudentissima fronte
sequeris, et dicis : "Non illos potuimus monitis, non mansue-
tudine, non auctoritate comprimere". (xxxiv.) Sed a quo
errore, a qua insolentia, uestris monitis uestraque mansuetu-
dine uel auctoritate, minime eos comprimere potueritis, nul-
460 latenus exprimis ; quod ideo callide praetermittis, ne, hoc
faciens, temetipsum profanum et impium detegas. Et, o in-
uicta ueritas, quae aemulorum obtrectiones in famulorum
tuorum conuertis gloriam : numquam etenim, reor, quamuis
laudandi fideles cupidus, ad eorum praeconia constantius haec
465 dicere potuisses, quae nunc quasi in uituperationem monacho-
rum, contra quos agere uideris, conscripsisse te credis. Nam
quomodo non in eorum laudem et ad tuam confusionem haec
scripsisse ueraciter intellegendus es : qui non monitis, non
mansuetudine, non auctoritate eos ad tuam prauitatem po-
470 tuisse detorqueri, propriis attestaris assertionibus ?

Nunc iam sequentia consideranda sunt, ubi peruerso ordine
ea, quae Romae contra ipsis acta sunt monachis, digerens,
cuncta mentitus es. "In publicum" inquis "usque prodire

- conuentum, [et] ad concussionem quietis circa regum etiam
475 statuas inclamantes, et, nisi fidelis populi constantia resti-
tisset, per diabolicae semina nefanda zizaniae apud eos
dissipationem et discordiam commouissent, per quos adiu-
torio dei de regionibus eorum est pulsa dissensio". (xxxv.)

- O mira furiosorum caecitas, et a ueritate alienatarum mentium
480 criminosa fallacia ! — neque enim fas est, tam aperte posse
mentiri Romanum episcopum. Bene certum est omnibus
Romae degentibus, quod ipsi monachi de his, quae circa se acta
sunt, tam memorato episcopo quam etiam senatoribus necnon
uniuersae ecclesiae, scriptis contestati sunt. Humana namque
485 tentatione praeuentus, idem Romanus episcopus, utpote
mortalitatis adhuc sarcina praegrauatus, postquam comperit
reuerti Dioscorum, uolens ei praestare hoc beneficium, ne in
publico ab eisdem monachis argueretur haereticus, missis

(9.) 456 potuimus illos ~ *Migne*^o 459 minine L potueris *Migne*^o 460
nec L 462 obtrectiones L 473 ipsis ... monachis] *ita* L, ipsos ... mona-
chos *Migne*^o *Schwartz* digerens] dirigens *Migne*^o 474 et] L *Migne*^o, *seclus.*
Schwartz (*iuxta* *Hormisd.*) concussionem] confusionem L (*cf. infra, lin. 507*)
476 eos] illos *Hormisd.* 477 dissipationem] dissensionem *Migne*^o, dispensacionem
Hormisd.^o 478 regione *Migne*^o 481 Rom. *Migne*^o 488 quem L
484 contestata *Migne*^o 485 Rom. *Migne*^o

(9.) 456/457 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Epist., I, 9 [supra, p. 118, 54/55]
(*cf. ACO IV, III-1, p. 261, [n].*) 473/478 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Epist.,
I, 9 [supra, p. 118, 55/60] (*cf. ACO IV, III-1, p. 261, [o].*) 483/484. 401/402 *cf.*
MAXENT., Lib. fid., tit. [supra, p. 5].

defensoribus cum ingenti uiolentia eos ab urbe Roma subito
 490 exire compulit, quamquam saepius, publice et priuatim :
 < tam > in conuentu ecclesiastico quam etiam omnium senatorum,
 eis, ueniente Dioscoro, audientiam dare esset pollicitus.
 Qui, cum ab istis defensoribus egredi urgerentur, compulsi
 sunt, in locis publicis, populo contestari, ne, post suum disces-
 495 sum clam eos recessisse, fautores Dioscori apud ecclesiam
 diffamarent ; unde factum est, ut saltem eis parua dilatio
 praestaretur, quamdiu se exinde egredi praepararent : sub
 quo tempore, scriptis omnia, quae in se gesta sunt, facultas
 data est contestandi — quod tamen numquam facere potuis-
 500 sent, nisi hoc eis Romanus populus praestitisset, qui, licet pro
 eis aperte minime proclamaret, ipsa tamen sua tacita mur-
 muratione, defensores, qui eos exinde egredi compellebant,
 deterrens, fecit, ut eorum uiolenta expulsio uniuersae ecclesiae
 innotesceret. (xxxvi.) Non ergo — ut iste mentitur — popu-
 505 lus, sed defensores ecclesiae, eos exinde egredi compulerunt.
 Neque enim sponte sua in publico prodierunt — ut merito, ad
 concussionem quietis siue ad dissipationem et discordiam
 commouendam hoc eos fecisse, quilibet recte diiudicaret —,
 sed uiolenter ad hoc sunt uenire compulsi. Nam ita haec se
 510 habere etiam ex ipsius istius uerbis facile edocemur, quibus
 eos circa regum statuas asserit inclamasse, quod nullus, nisi
 qui uiolentissime molestatur, facere compellitur : quamuis
 non quasi regiae potestatis auxilium flagitantes — sicut haereti-
 ci iactitant — saepe dicti monachi circa regum statuas
 515 inclamauerint, sed, postquam a loco, quod ad manendum
 acceperant, pro mandato eiusdem Romani episcopi fuerant
 expulsi, in publico consistentes, ubi casu regum imagines
 fuerant, cum petitioni suae audientia deneg<ar>etur, populo
 contestati sunt. Cur ergo eis fidelis populi constantia — ut
 520 iste dicit — resisteret, quos uidebat pro sibi ingesta uiolentia
 progressos ad publicum ? Sed neque eis aliqua fuit in publico
 disceptatio, ut merito exasperatus populus eos a suis expelleret
 regionibus. (xxxvii.) Verum, si diligentius haec istius uerba
 consideres, inuenies eum etiam, Romanum populum, quem
 525 fidelem asserit, non solum uiolentum, uerum etiam haereticum
 accusare. Nam si de illa sententia, quam uniuersa dei tenet
 et defendit ecclesia, monachis in publico disputantibus — hoc
 est : quia Christus filius dei unus esse creditur ex sancta et

491 tam (Cochl.)] om. L 493 istis] Schwartz, ipsis L, ipsis Migne^o 494
 populo] restitui (cf. supra, lin. 357.483/484, et infra, lin. 518/519), populum L
 Migne^o Schwartz 501 aperte] om. Migne^o 515 quod ad manendum] quemad-
 modum Migne^o 518 cum] rest. Schwartz, cui L, quod Migne^o denegetur L
 519 fideles L constantia ut (Cochl.)] contestati aut L 520 pro (Cochl.)] per
 L 523 solum] add. ut Migne^o etiam] add. ut Migne^o 528 quia] qua Migne^o

- ineffabili trinitate —, Romanus populus restitit : iam non
 530 tantum iste, qui, erroris sui tenebris excaecatus, diabolicae
 semina nefanda zizaniae, hanc sanctam sententiam, asserit,
 uerum etiam omnis antedictus populus haereticus (quod
 absit) esse conuincitur ; si autem usque ad aemuli sui prae-
 sentiam eisdem monachis ibidem remorari uolentibus, quo,
 535 ipso praesente, causa eorum aequae ordin<ar>e<tur>, populus
 restitit : stultus et iniquus idem populus, qui audientiam iure
 petentibus denegauit, eosque a suis uiolenter reppulit regioni-
 bus. Huc attendant et confundantur hi, qui exinde eos fu<g>is-
 se iactitant.
- 540 Nunc, quae sint sequentia, uideamus : “Sero” inquit “pro-
 bauimus prophetica apostolum uoce dixisse : *In nouissimis
 diebus instare tempora periculosa, et fore homines sui tan-
 tum amatores, habentes formam pietatis, uirtutem eius
 abnegantes ; itaque esse uitandos*”. (xxxviii.) Si formam
 545 pietatis, [uirtutem eius abnegantes,] non uirtutem iudicantur
 habere, qui fideliter catholicis dogmatibus acquiescunt : quan-
 to magis nec ipsam formam pietatis habere, sed euidenter
 impii iudicandi sunt, qui Christum filium dei unum esse negant
 ex sancta et terribili trinitate ! Vnde non illi, sed isti potius
 550 sui amatores et uitandi — iuxta apostolum — uerissime
 edocentur, qui, propriis decepti opinionibus, resistunt apertis-
 simae ueritati. Quod autem, sero se probasse, fatetur, hoc
 apostolum prophetica uoce dixisse, non est mirum, si hactenus
 surdis auribus eundem audierit apostolum hoc cotidie in
 555 ecclesia proclamantem, qui ne nunc quidem uim apostolicae
 sententiae intellexisse conuincitur ; ecclesia autem dei, his
 olim monitis praemunita, sciens numquam haereticos posse
 quiescere, uigilanter occurrens, eorum falsas destruit asser-
 tiones.

(9.) 541/542 II Tim. 3, 1. 542/543 II Tim. 3, *2. 543/544 II Tim. 3, *5.
 550 iuxta apostolum] II Tim. 3, 5.

530 restitit] Schwartz, resistit L Migne^a 534 eosdem monachos L remorare
 L 535 aequae ordinaretur] restitui, aequo ordine L, aequo ordine <terminare-
 tur> Migne^a Schwartz (cum Cocbl.) 536 iniquus] add. erat Migne^a 538/539
 fugisse (Cocbl.)] fuisse L Migne^a 542 fori L 543 uirtutem] add. autem Migne^a
 Hormisd. (cum Vulg.) 544 itaque] et ita Migne^a uitandus L 545 uirtutem
 ... abnegantes] om. Migne^a, seclus. Schwartz (cum Cocbl.) 555 clamantem Migne^a.

540/544 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Epist., I, 9 [supra, p. 118, 60/64] (cf. ACO
 IV, III-1, p. 261, [p]).

560 (10.) Post haec tandem satiat, nec habens, credo, quod
 aduersus eosdem monachos sua sibi fallacia suggerat, adiun-
 git et dicit : "Haec ideo dilectioni uestrae indicanda sub
 occasione credi<di>mus, ne, si illuc fuerint forte delati,
 ignorantes quemadmodum se <in> Romana urbe tractaue-
 rint, sub aliqua uerborum simulatione aliquos possint
 565 decipere". (xxxix.) Qualiter ipsi monachi se <in> Romana
 urbe tractauerint, qui uere scire desiderat : ex eorum contesta-
 tionibus, quas in eadem urbe locis publicis defixerunt, magis
 agnoscet quam ex istius scriptis, qui non eorum tantum, sed
 570 et totius ecclesiae inimicus agnoscitur. Nam et ipsius Romanae
 ecclesiae, cuius se quasi defensorem simulat, in tantum ad-
 uersarius denotatur, ut, si memorati monachi, quos quasi
 eiusdem ecclesiae contrarios aestimat, inique aduersus eam
 in his partibus aliqua fingere uoluissent, numquam, credo, ita
 575 eiusdem ecclesiae fidem derogare praeualuissent, quemadmo-
 dum iste, qui, ex persona ipsius ecclesiae, ideo inique eos ob-
 trectat et lacerat, quia, iuxta diuinorum eloquiorum et sanc-
 torum patrum traditionem, <unum ex trinitate> Christum
 filium dei, quem in duabus naturis essentialiter siue iuxta
 580 compositionem unitis et inconfusis docet fides catholica,
 confitentur. Et illis quidem huius falsitas non solum auferet
 nihil, uerum etiam multam spem beatitudinis conferet, do-
 mino dicente : *Beati estis cum uos exprobrauerint homines, et*

(10.) 563/565 Matth. 5, *11 ; cf. Luc. 6, 22.

(10.) 580 *fides catholica*] CONC. CHALCED., Actio v, Definitio fidei, 34 [ACO II, 1-2, p. (325) 129, 30/31]; Versio antiqua, 34 [ACO II, III-2, p. (396) 137, 30/31](cf. supra, p. 10, 115/117).

(10.) 562 et dicit] dicens *Migne*^a 563 credimus *L. Migne*^a 564 in] *om. L. Hormisd.*^{ad}. (cf. infra, lin. 566) 564/565 tractauerint] gesserint *Migne*^a 565 sub] *om. Migne*^a 565/566 aliquos possint decipere] decipere<nt> *Hormisd.* 566/567 qualiter ... tractauerint] *om. Migne*^a 566 in] *om. L.* (cf. supra, lin. 564) 569 non] *add. est Migne*^a 573 eidem *Migne*^a 577/578 iuxta diuinorum eloqui-
 orum ... traditionem <unum ex trinitate>] *restitui* (cf. supra, lin. 400/401.416),
 iuxta diuinis eloquiis ... traditionibus *L.*, iuxta diuinis eloquiis ... traditionibus <ap-
 probata> *rest. Schwartz*, iuxta diuina eloquia ... traditiones *Migne*^a 580 unitis]
rest. Schwartz, unitionis *L. Migne*^a inconfusionis *Migne*^a 582 confert
Migne^a.

(10.) 562/566 MAXENT., Adu. epist., Hormisd., Epist., I, 10 [supra, p. 118, 65/
 68](cf. ACO IV, III-1, p. , 261[q]).

persecuti fuerint, et dixerint omne uerbum malum aduersus uos
 585 *mentientes propter me*; sibi autem perpetuam sine dubio con-
 tulit mortem, quia: *Falsus testis non erit impunitus.*

II. (11.) (XL.) His ita finitis, multa et non necessaria "de
 libris Fausti cuiusdam Galli episcopi" in consequentibus
 loquitur; nec ad id, quod quaeritur, respondens, sed alia
 590 nescio quae ad rem non pertinentia, inani et prolixo sermone
 digerit.

(12. 13. 14.) Nam, cum de ipsis libris non utrum legendi
 sint, sed utrum sint catholici, uersatur quaestio, iste non de
 ipsis quid sentiendum sit, sed eos, quamuis non in auctoritate
 595 habendos, tamen legendos esse decernit.

(15.) Verumtamen, quia "eos libros, quos beatissimus Au-
 gustinus episcopus ad Hilarium scripsit et Prosperum", in
 fine huius epistolae "Romanam" testatur "suscipere eccle-
 siam", et "quid, de gratia dei et libero humano arbitrio,
 600 eadem teneat et seruet ecclesia, ex ipsis libris abunde posse
 sciri" asserit: omittentes ea, quae superflue et prolixè in
 ista digesta probantur epistula, conueniens credidi aliqua,
 tam de Fausti quam de antedictis libris eiusdem sanctissimi
 uiri Augustini, certa capitula decerpere, et huic nostro opus-

586 Prou. 19, *5.

II. (11.) 587 His ... finitis] *om. Migne²²⁰. 588 episcopi] antistitis Hormisd.*

(11.-14.) 590/595 nec ... decernit] *om. Migne²²⁰.*

(12. 13. 14.) 593 uersatur] *scripsi, uertatur L. Migne² Schwartz.*

(15.) 596 beatus Migne², b. Migne²²⁰, beati Hormisd. 596 finem L. 596
 gratia ... arbitrio] arbitrio tamen libero et gratia dei Hormisd. 596 teneat]
 sequatur Hormisd. et seruet] *iterat. L. ecclesiae L. ex] et Hormisd.²²⁰.*
 ipsis] *uariis Hormisd. abunde] iterat. L. 601 sciri] cognosci Hormisd.*
 602 ista] *ipsa Migne² 602/604 sanctissimi uiri] sancti Migne² Migne²²⁰.*

II. (11.) 587/588 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Epist., II, 11 [supra, p. 119,
 69/70].

(12. 13. 14.) 592/595 cf. MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Epist., II, 11-14 [supra,
 p. 119, 69/104].

(15.) 596/598 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Epist., II, 15 [supra, p. 120, 106/
 107]. 599/601 MAXENT., Adu. epist. Hormisd., Epist., II, 15 [supra, p. 120, 105/
 108].

605 culo inserere, ut, cum, in breui collo<ca>ta ab inuicem, contraria sibi reperta fuerint, euidenter clareat libros Fausti esse haereticos, sicque confundantur omnes, qui eos hactenus defendunt catholicos.

(XLI.) Quorum princeps et auctor est Possessor Africanus
610 episcopus, si tamen in hac parte non huius reputat sententiam, cuius, ut *Christus filius dei uiui*, qui pro humana salute carne est crucifixus, unus negetur ex trinitate, magnam praedicat auctoritatem.

(CAPITVLA EX LIBRIS FAVSTI
ET S. AVGVSTINI DECERPTA)

(XLII.) Sed antequam ipsa a nobis inserantur capitula, quid
615 beatissimus Augustinus in ipsis libris defendat et statuatur, quid e contra Faustus in suis conetur astruere, breuiter lectorum praestruere necessarium credidi, quo facile eorum intentiones discernere ualeat.

Igitur idem beatissimus Augustinus ita <liberum> huma-
620 num arbitrium docet, ut illuminatio, uirtus et salus illi a Christo et per Christum et cum Christo sit : Faustus uero ita liberum Christianum arbitrium docere conatur, ut illuminatio eius, uirtus et salus non a Christo, sed natura sit — et, ut planum fiat quod dicimus : ille nos Christianos, fideles atque
625 oboedientes deo salubriter gratia Christi, quam nobis incarnationis suae donauit praesentia, esse definit ; iste, iuxta profana commenta Pelagii, naturaliter esse decernit. Refutans namque callide eiusdem Pelagii sensum, et quasi exprobrans quod omnino Christi negauerit gratiam, necnon et illos, qui,
630 nullis praecedentibus meritis — iuxta apostolum — gratiam

(15.) 611 Matth. 16, 16 ; Ioh. 11, 27.

(CAPITVLA)

(XLII.) 620/621 nullis ... dari] cf. Rom. 11, 6.

605 collocata] rest. Schwartz, collota L, collata Migne^o Migne^{azo}. (cum Cochl.)
ab] ad Migne^o Migne^{azc}. 610/613 si ... auctoritatem] om. Migne^{azc}. 611
salute] add in Migne^o.

(CAPITVLA)

(XLII.-LX.) 614/647 Sed ... illi] om. Migne^{azc}.

(XLII.) 615 beatus Migne^o in] om. Migne^o ipsis] ipsius Schwartz 617
praestruere] scripsi, perstruere L, praemonere Migne^o, instruere Schwartz 619
beatissimus] sanctus Migne^o liberum (Cochl.)] om. L, post arbitrium (lin. 620) tr.
Migne^o 622 conatus Migne^o 623 eius] om. Migne^o 625 gratiam L, per
gratiam Migne^o nobis] add. per Migne^o 626 praesentiam L Migne^o 627
discernit Migne^o

dei hominibus dari, fatentur : ipse, quasi sapientissimus, et secundum meritum fidei et laboris dari, nititur edocere, ut iam sic dei gratia non sit gratia. Nam, cum nemo oboediat siue laboret nisi uolens, nemo uelit, nisi scierit quid ei conueniat, laborare : iste, post scientiam et uoluntatem seu oboedientiam, humano labori adiungit gratiae adiutorium, ut uidelicet gratia et labor humanus, cuius possibilitatem non per eandem gratiam, sed naturaliter inesse omnibus asserit, pariter sociati reliqua perficiant opera. Et hoc quidem se pollicetur defendere, postea autem, immemor sui promissi, totam plenius gratiam euacuare conuincitur.

(CAPITVLA)

(XLIII.) Denique in praefatione sua, inter cetera, ita loquitur : *Studium inquit asserendae gratiae competenter et salubriter suscipit, qui oboedientiam famuli laboris adiungit.* (FAVST.)

645 (XLIV.) Et iterum, in capitulo primo libri primi : *Si ergo partibus inquit proprietates suas reddas, et Christum deum et hominem credas et asseras, perinde est ac si gratia(m) cum labore coniungas, et ab adiutorio dei conatum hominis non repellas.*

650 (XLV.) Cui assertioni, in primo eorum libro, quos supra memorauimus, ita contradicit beatissimus Augustinus, ut credas eum iam tunc non nisi contra scripta Fausti respondere. Denique, (AVG.)

633 Rom. 11, *6.

(XLIII.) 643/644 FAVST., De grat., Prol. [CSEL 21, p. 3, 18/19] (cf. ACO IV, III-1, p. 233, [a]).

(XLIV.) 645/646 FAVST., De grat., I, 1 [CSEL 21, p. 8, 16/19] (cf. ACO IV, III-1, p. 233, [c]).

651 sapientissimus et] *add.* prudentissimus nouus nouae prauitatis apostolus gratiam dei *Migne*^o (*cum Cocbl.*)] *potius* doctissimus magister arguens dei gratiam addendum *coni. Schwartz* 634 quid] quod *Migne*^o 639/640 se pollicetur (*Cocbl.*)] repollicetur *L.*

(XLIII.) 643 asserendae] *effe*rendae *L.* 644 labori *Migne*^o.

(XLIV.) 645 capite 1 *Migne*^o primi libri ~ *Migne*^o 646 et?] simul atque *Faust.* 647 gratia *L.*

(XLV.) 650/651 memorauit *Migne*^o 651 beatissimus] *om.* *Migne*^o 652 iam] *om.* *Migne*^o

(XLV.) 650 *supra*] lin. 596/597.

post aliquanta quae s<cr>ibi<t> de initio fidei, quod nobis
 655 brans hunc sensum, infert et dicit : *Nolens ergo <h>is tam
 claris testimoniis repugnare, et tamen uolens a seipso sibi esse
 quod credit, [et] quasi componit homo cum deo, ut partem sibi
 fidei uindictet, atque illi partem relinquat, et, quod est elatius,
 primam sibi, sequentem dat illi, et in eo, quod esse dicat ambo-*
 660 *rum, primum se facit, posteriorem deum.*

(XLVI.) "Sed Faustus" inquiunt hi, qui eum catholicum (FAVST.)
 conantur defendere, "primas partes non homini, sed gratiae
 dei tribuit". Quamuis hoc nec me lateat ; nam in sexto eius-
 dem libri capitulo, cum apostoli sententiam dissereret, ita
 665 loquitur : "*Gratia dei*" inquit "*sum id quod sum*". *Primas
 partes soli gratiae pie subiectus ascribit, media quaeque labori
 magister oboedientiae deputat, utrumque in consummatione
 moderatus gratiam laboremque coniunxit. Non dicit 'ego sine
 gratia', aut 'gratia sine me', 'sed : Gratia dei mecum'*". Sed
 670 gratiam, cui hoc loco primas partes Faustus tribuit, non eam,
 quae per spiritum sanctum fit, ut uerbo dei forinsecus intonan-
 ti assensum praebeamus et oboedientes efficiamur, sed prae-
 dicationem diuinorum asserit eloquiorum, ut uidelicet gra-
 tia<e> sit, quod nobis diuina eloquia praedicantur, nostrum
 675 autem sit, ut eidem praedicationi consentiamus.

(XLVI.) 665 I Cor. 15, 10. 666 I Cor. 15, 10.

(XLV.) 653/654 cf. Avg., De praed. sanct. (ad Prosp. et Hil., I), II, 3-4 [PL 44, col. 961^(D)-962^(B)]. 655/660 Avg., De praed. sanct. (ad Prosp. et Hil., I), II, 6 [PL 44, col. 963^(D)-964^(A)] (cf. ACO IV, III-1, p. 135, [10 c]).

(XLVI.) 665/666 FAVST., De grat., I, [vi] v (iuxta Engelbrecht, o.c., p. 21) [CSEL 21, p. 20, 3/8] (cf. ACO IV, III-1, p. 233, [d]).

653 scribit] rest. Schwartz, sibi L, ibi Migne^a 655 his tam] istam L, tam
 Migne^a 656 sibi] scribi L 657 et] om. Aug. Migne^a, seclus. Schwartz 657/
 658 fidei sibi ~ Aug. 659 sibi] tollit ipse Aug. add. .. excl. cod. Struiph. esse
 dicat] dicit esse Aug. 660 primum] priorem Aug. se facit] refacit L.

(XLVI.) 661 catholicam L 663 tribuet L Quamuis ... lateat] om. Migne^a
 (sexto) cf. Engelbrecht, 'Studien über die Schriften des Bischofes von Reii, Faustus.
 Ein Beitrag zur spätlateinischen Literaturgeschichte' [Wien, 1889], p. 21) 664
 capite Migne^a 665 loquitur] ait Migne^a inquit dei ~ Faust. id quod
 sum] om. Faust. 666 subiectos L adscripsit Faust. quoque L labo-
 ris L Migne^a 667 magister] magisterio et Migne^a deputauit Faust. 668
 coniungit Migne^a dixit Faust. 669 aut] uel Faust. 670 Faustus primas par-
 tes ~ Migne^a tribuet L 671 uerbum L Migne^a 672/674 gratia L.

(XLVII.) Denique, in capitulo octauo decimo eiusdem libri primi, disserens dominicam sententiam qua ait : *Nemo uenit ad me, nisi pater attraxerit eum*, ita, inter cetera, loquitur : *Clamat inquit uoluntas, quia sola per se eleuari nescit infirmi-*
 680 *tas. Ita dominus inuitat uolentem, attrahit desiderantem, erigit adnitentem. Quid est autem attrahere, nisi praedicare, nisi scripturarum consolationibus excitare, increpationibus deterrere, desideranda proponere, intentare metuenda, iudicium comminari, praemium polliceri ?*

685 (XLVIII.) Quod si sola praedicatio — sicut iste uult — gratia (AVG.) dei credenda est, quae per Iesum Christum facta est : ergo iam non saluator, sed praedicator tantummodo idem deus et dominus noster Iesus Christus (quod absit) credendus est. Sed hunc nefarium eius sensum ita exprobat et refutat bea-
 690 tissimus Augustinus ; denique mox, post illam sententiam, cuius superius fecimus mentionem, sequitur et dicit : *Non sic pius atque humilis doctor ille sapiebat (Cyprianum beatissimum loquor), qui dicit : "In nullo gloriandum, quando nostrum nihil sit". Quod ut ostenderet, adhibuit apostolum testem dicentem :*
 695 *"Quid autem habes quod non accepisti ? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis ?". Quo praecipue testimonio etiam ipse conuictus sum, cum similiter errarem, putans fidem, qua in*

(XLVII.) 677/678 Ioh. 6, *44.

(XLVIII.) 685/686 I Cor. 4, 7.

(XLVII.) 677/678 FAVST., De grat., I, [xviii] xvi (iuxta Engelbrecht, o.c., p. 22) [CSEL 21, p. 52, 1/2]. 679/684 FAVST., De grat., I, [xviii] xvi [CSEL 21, p. 52, 9/14] (cf. ACO IV, III-1, p. 233, [h]).

(XLVIII.) 681/700 AVG., De praed. sanct. (ad Prosp. et Hil., I), III, 7 [PL 44, col. 964^{(A)-(B)}] (cf. ACO IV, III-1, p. 136, [10 d]). 686/684 CYPR., Ad Quirin., III, 4 [CC 3, p. 92, 1] (cf. ACO IV, III-1, p. 158). 685/686 CYPR., Ad Quirin., III, 4 [CC 3, p. 92, 4/5].

(XLVII.) 676 capite *Migne*^a octauo decimo] uigesimo octauo *Migne*^a (cf. Engelbrecht, o.c., p. 22) 680 inuitat uolentem] *om. Migne*^a 683 scripturam *Migne*^a.

(XLVIII.) 687 et (Cochl.)] est L 689/690 beatus *Migne*^a 696 Augustinus] *dein supplendum ex.gr. ut ei ipsi respondere credendus sit con. Schwartz* 693 dixit *Aug.* 695 autem¹] enim *Cypr.* autem²] *add. et Aug. accepisti¹* acceperis *Cypr.*^a. 696 praecipuo L *Migne*^a

(XLVIII.) 691 *superius*] lin. 655/660.

deum credimus, non esse donum dei, sed a nobis esse in nobis, et per illam nos impetrare dei dona, quibus temperanter et iuste et
 700 pie uiuamus in hoc saeculo. Neque enim fidem putabam dei gratia praeueniri, ut per illam nobis daretur quod utiliter posceremus, nisi quia credere non possemus, si non praecederet praecontium ueritatis; ut autem praedicato nobis euangelio consentiremus, nostrum esse proprium et nobis ex nobis esse arbitrabar.
 705 Quem meum errorem nonnulla opuscula mea indicant, ante episcopatum meum scripta. Iste errorem dicit, fidem non dei donum credere sed a nobis esse in nobis.

(XLIX.) Faustus autem, non dei donum sed a nobis in nobis (FAVST.) esse, affirmare conatur. In capitulo namque septimo libri
 710 primi, exponens illud apostoli: Gratia salui facti estis per fidem, et hoc non ex uobis: dei donum est, post aliquanta sequitur: Tempus inquit gratiae, quo redempti sumus, merita hominum non exspectauit, opera <penitus> non quaesiuit, sola fidei nostra(e) deuotione contentus fuit.
 715 (L.) Econtra beatissimus Augustinus, inter initia antedicti (AVG.) primi libri sui: Sed nunc inquit istis respondendum esse uideo, qui diuina testimonia, quae de hac re adhibuimus, ad hoc dicunt ualere, ut nouerimus ex nobis quidem nos habere ipsam fidem, sed incrementum eius ex deo — tamquam fides non ab ipso
 720 donetur, sed ab ipso tantum augeatur in nobis, eo merito, quo coepit a nobis. Non ergo receditur ab ea sententia, quam Pelagius ipse, in episcopali iudicio Palaestino, sicut [in] eadem gesta

(XLIX.) 710/711 Eph. 2, *8.

(XLIX.) 710/711 FAVST., De grat., I, [vii] vi (iuxta Engelbrecht, o.c., p. 21 [CSEL 21, p. 21, 4/5]. 712/714 FAVST., De grat., I, [vii] vi [CSEL 21, p. 21, 11/13] (cf. ACO IV, III-1, p. 233, [c]) (= infra, lin. 738/741).

(L.) 716/737 AVG., De praed. sanct. (ad Prosp. et Hil., I), II, 3-4 [PL 44, col. 961^(D)-962^(B)] (cf. ACO IV, III-1, p. 135, [10 a]).

600 impetrari Aug. 701/702 posceremus utiliter ~ Aug. 708 mea] add. satis Aug. 706 meum] add. indicant L (s lin. 705 iterat.).

(XLIX.) 700 capite Migne^o septimo] vii L Schwartz (cf. Engelbrecht, o.c., p. 21) 711 uobis] add. sed Migne^o Schwartz dei] add. enim Faust. (cum Vulg.) 712/713 merita hominum] restitui (cum Faust.; cf. infra, lin. 739), meritum hominis L Migne^o Schwartz 713 penitus] suppl. Schwartz (cum Faust.; cf. infra, lin. 740), om. L Migne^o sola] add. deus Faust. 714 nostra L.

(L.) 715 E-] Et Migne^o beatissimus] sanctus Migne^o 716 istis] eis Aug. 718 nos] non L 720 donetur] add. nobis Aug. tantum] restitui (cum Aug. add. Lou. [ex uoluntate]), tamen L Schwartz Aug. add. quo] quoniam Aug. add. 723 in (recluri) eadem] in eadem L, eadem Aug. Migne^o, in eodem Schwartz

testa(n)tur, damnare compulsus est : "gratia(m) dei secundum
merita nostra dari", si non pertineat ad gratiam dei quod credere
725 coepimus, sed illud potius quod propter hoc nobis additur, ut
plenius perfectiusque credamus ; ac per hoc, initiu(m) fidei nos-
trae priores damus deo, ut retribuat nobis supplementum eius,
et si quid aliud fideliter prospicimus. Sed contra haec cur non
potius audimus : "Quis prior dedit ei, et retribuetur illi ? Quo-
730 niam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia". Et ipsum
igitur initium fidei nostrae : ex quo, nisi ex ipso (est ? Neque
enim, hoc excepto, ex ipso sunt cetera, sed : "Ex ipso) et per
ipsum et in ipso sunt omnia". Quis autem dicat eum, qui iam
coepit credere, ab illo, in quem credidit, nihil mereri ? Vnde fit,
735 ut iam merenti cetera dicantur addi retributione diuina, ac per
hoc "gratia(m) dei secundum merita nostra dari" — quod
obiectum sibi, Pelagius ne damnaretur, ipse damnauit.

(LI.) Sed Faustus, qui superius dixerat : *Tempus gratiae*, (FAVST.)
quo redempti sumus, merita hominum non exspectauit, opera
740 penitus non quaesiuit, [sed] sola fidei nostrae deuotione contentus
fuit, mox, in eodem capitulo, post paululum sequitur, suamque
ipse sententiam destruens : sicut fidem, ita etiam opera, dicit,
ad hominem pertinere : Sicut enim inquit ad deum largitio
(re)munerandi, ita ad hominem deuotio respicit inquirendi.

(L.) 729/730 Rom. 11, *35-36.

723/724 AVG., De gest. Pelag., xiv, 30 [CSEL 42, p. 84, 5]. 726 AVG., De gest.
Pelag., xiv, 30 [CSEL 42, p. 84, 5].

(LI.) 728/741 FAVST., De grat., I, [vii] vi [CSEL 21, p. 21, 11/13] (cf. ACO IV,
III-1, p. 233, [e]) (= supra, lin. 712/714). 743/747 FAVST., De grat., I, [vii] vi
[CSEL 21, p. 21, 25/29] (cf. ACO IV, III-1, p. 233, [f]).

723 testatur L gratia L Migne^a 724 nostra] add. posset Migne^a pertinet
Aug. dei gratiam ~ Aug. 726 initium] restitui (cum Aug.), initia L Migne^a
Schwartz 727 nobis] add. et Aug. 728 prospicimus] poscimus Aug. 729
quor L Schwartz 730 per ipsum] ex pso corr. L 731/732 est ... ipso] suppl.
Schwartz (cum Aug.), om. L Migne^a (ob homoeotel.) 734 nil Migne^a 735 meren-
ti] credenti Migne^a 735/736 ac per hoc] hac per deo L 736 gratia L.

(LI.) 728 gratiae] iterat. L 730 merito L (cf. supra, lin. 712) 740 sed] exclusi
(iuxta Faust. ; cf. supra, lin. 713) sola] add. deus Faust. 741 capite Migne^a
744 remunerandi] rest. Schwartz (cum Faust.), munerandi L Migne^a

(LI.) 728 superius] lin. 712/714.

745 *Sed dicis, fidem ipsam non omnibus posse competere. Non mirum si homini, ad quem denegas opera pertinere, etiam fidem studeas derogare.*

(LII.) Rursus, in capitulo eiusdem libri quinto decimo, agens contra eos, qui non generale, sed speciale asserunt donum esse
750 credulitatis, ita inter cetera loquitur : *Sed dicis inquit quia non omnibus detur, sed donum sit personale credulitas, et illis tantum credere suppetat, quibus deus specialiter donauit, ut crederent. Non ita est. Nam, dum eam dominus etiam ab incredulis exigit, omnibus eam insertam esse demonstrat. Cui*
755 *autem etiam ipsa naturae lege non suppetat credere, quando "et daemones credunt et contremiscunt" ?*

(LIII.) Hic iam non Augustino tantum, uerum etiam apostolo (AVG.) omnino Faustus contrarius approbatur. Nam, cum idem apostolus dicat : *Non enim omnium est fides*, iste omnibus eam
760 naturaliter dicit esse insertam ; cui si acquiescatur, non solum haeretici et gentiles, uerum etiam daemones fideles esse credendi sunt, quia, in quo est fides, infidelis dici nullo pacto potest. Sed longe aliter beatissimus Augustinus, ad Hilarium scribens et Prosperum, docet ; qui non tantum ut fideliter
765 operemur, uerum etiam ipsam fidem a deo nobis donari, sicut superius edocuimus, in eodem libro penitus protestatur, ita dicens : *Cauendum est, fratres dilecti a deo, ne homo se extollat aduersus deum, cum se dicit facere quod promisit deus. Nonne fides gentium promissa est Abrahae, et ille, "dans gloriam deo,*
770 *plenissime credidit quoniam quae promisit, potens est et facere" ? Ipse igitur fidem gentium facit, qui potens est facere quod promisit. Porro, si deus operatur fidem nostram, miro modo agens*

(LII.) 755/756 Iac. 2, 19.

(LIII.) 750 II Thess. 3, 2. 760/770 Rom. 4, *20-21.

(LII.) 750/756 FAVST., De grat., I, [xv] xiv (iuxta Engelbrecht, o.c., p. 22), fragm. I [CSEL 21, p. 97, 3/10 (ex Maxentio)] (cf. ACO IV, III-1, p. 233, [g]).

(LIII.) 767/768 AVG., De praed. sanct. (ad Prosp. et Hil., I), II, 6 [PL 44, col. 963^(C-D)] (cf. ACO IV, III-1, p. 135, [10 b]).

745 dicis L. Mign^a Schwartz.

(LII.) 748 capite Mign^a quinto decimo] xv Mign^a (cf. Engelbrecht, o.c., p. 22)
749 generalem sed specialem arserunt L. 753 Nam dum] Nondum Mign^a
756 contremescunt L. Schwartz.

(LIII.) 757 augustinum L. 763 beatissimus] sanctus Mign^a 765 operemus
L. 760 fides] iterat. L. 770 quae] quod Aug.^{ed.} 772 operatur deus ~
Aug.

in nostris cordibus ut credamus : numquid metuendum est ne totum facere non possit, et ideo sibi homo primas eius vindicat
 775 partes, ut nouissimas ab illo accipere mereatur ? Videte si aliquid agitur isto modo, ut gratia dei secundum merita nostra detur quolibet modo, ac sic "gratia non sit gratia". Redditur namque hoc pacto debita, non donatur gratis : datur enim credenti, ut a domino ipsa fides eius augeatur, et sit merces fidei coeptae fides
 780 aucta ; nec attenditur, cum hoc dicitur, non secundum gratiam, sed secundum debitum, istam mercedem credentibus imputari. Cur autem non totum tribuatur homini, ut qui sibi potuit instituire quod non habebat, ipse quod instituit augeat, omnino non video, nisi quia resisti non potest diuinis manifestis testimoniis,
 785 quibus et fides, unde pietatis exordium sumitur, donum dei esse monstratur — quale est illud, quod : "Vnicuique deus partitus est mensura(m) fidei", et illud : "Pax fratribus et caritas cum fide a deo patre et domino Iesu Christo", et cetera talia.

(LIV.) Et rursus idem beatissimus Augustinus, post aliquanta : Vtrumque enim nostrum est inquit propter arbitrium uoluntatis, et utrumque tamen datum est per spiritum fidei et caritatis. Neque enim sola caritas, sed, sicut scriptum est : "Caritas cum fide a deo patre et domino Iesu Christo".

(LV.) Euacuans namque donum dei, Faustus, omneque gratiae adiutorium, mox, in praefatione sua, misericordiam dei, qua gratis iustificamur, nonnisi fide et operibus promerendam docere nititur, dicens : Asserentibus nobis, quod dei misericordia fide et operibus promerenda est, catholicam uocem ad Pelagii sensum discretionis nescius quilibet adiudicet.

777 Rom. 11, *6. 786/787 Rom. 12, *3. 787/788 Eph. 6, 23.

(LIV.) 793 Eph. 6, 23.

776 gratia ... datur] cf. AVG., De gest. Pelag., xiv, 30 [CSEL 42, p. 84, 5].

(LIV.) 790/793 AVG., De praed. sanct. (ad Prosp. et Hil., I), III, 7 [PL 44, col. 965^(A)] (cf. ACO IV, III-1, p. 136, [10 e]).

(LV.) 797/799 FAVST., De grat., Prol. [CSEL 21, p. 4, 13/15] (cf. ACO IV, III-1, p. 233, [b]).

773 cordibus nostris ~ Aug. 774 homo sibi ~ Aug. 775 aliquid] aliud Aug.
 776 agatur Migne^a modo] add. nisi Aug. Migne^a Schwartz dei] om. Migne^a
 777 sic] si Migne^a gratia¹] add. iam Aug. 778 gratias L datur] debetur
 Aug. 779 eius] om. Migne^a 787 mensura L.

(LIV.) 790 beatus Migne^a 790 enim] ergo Aug.

(LV.) 794 omnemque L 799 quilibet] om. Faust. adiudicet] adplicaret Faust.

800 (LVI.) Vnde et in libro secundo, per naturalem uigorem, absque gratiae adiutorio, multos, non solum ante aduentum domini, uerum etiam et ante legem litterae, saluatos atque ad plenam cordis puritatem perfectamque iustitiam peruenisse, filiosque dei fieri meruisse, impudenter et procaciter
 805 asseuerat; denique in nono capitulo eiusdem libri inter cetera dicit: *Cum homines ita fuerint ad imaginem et similitudinem dei praediti, ut multi etiam filii dei meruerint nuncupari, uel paucis adhuc exemplis praestringere nos oportet, quanti ante legem litterae, erudiente lege naturae, quae prima, ut diximus,*
 810 *gratia dei est, uestibula salutis intrauerint.*

(LVII.) Et iterum, post pauca: *Vnde Enoch inquit cum deo ambulare uel deo placere potuisset, nisi eum lex uisceribus infusa secreto magisterio illuminasset in tantum, ut, nihil terrenum sapiens, mirabiliter a terra deo assumente raperetur? — qui,*
 815 *dum fide(i) merito in prima saeculi illius aetate ceteros antecellit, fidem ipsam cum lege naturae sibi traditam fuisse perdocuit.*

(LVIII.) Et iterum, post aliquanta: *Qualem quantamque inquit legem prima conditione suscepit, perfecta etiam Noe iustitia declarauit, qui generalia fidei dona speciali in se studio*
 820 *uirtutum sectator excoluit.*

(LIX.) Si, secundum huius impium sensum, et Enoch omni faece terrena in tantum purgari potuit per naturae uigorem, ut nihil terrenum saperet, et Noe ad perfectam iustitiam

(LVI.) 800/805 cf. FAVST., De grat., II, [IX] XI (iuxta Engelbrecht, o.c., p. 23), fragm. II [CSEL 21, p. 98, 1/6 (ex Maxentio)] — (iuxta Schwartz [ACO IV, II, p. 61, app.]: “de loco qui sequitur [lin. 806/810], loquitur Maxentius”). 800/810 FAVST., De grat., II, IX [CSEL 21, p. 79, 30 - 80, 3] (cf. ACO IV, III-1, p. 234, [il]).

(LVII.) 811/816 FAVST., De grat., II, IX [CSEL 21, p. 80, 14/18] (cf. ACO IV, III-1, p. 234, [k]).

(LVIII.) 817/820 FAVST., De grat., II, IX [CSEL 21, p. 81, 5/7] (cf. ACO IV, III-1, p. 234, [ll]).

(LVI.) 800 libro secundo] libro undecimo *Mign^a*, libr(i) secundi capitul(o) undecimo *Engelbrecht* (CSEL 21, p. 98, 1) (cf. *Engelbrecht*, o.c., p. 23) 804 filios *Mign^a*, <et> filios *coni. Engelbrecht* (CSEL 21, p. 98, 5) 805 capite *Mign^a* 800 ad ... similitudinem] imagine et similitudine *Faust.* 807 praediti ... dei⁹] om. *Faust.^{ad.}* (ob homonotet.) (cf. *Engelbrecht*, o.c., p. 19) 810 dei gratia ~ *Faust.* est] add. ut *Mign^a* intrauerit *Mign^a*.

(LVII.) 815 dum] cum *Mign^a* fide L.

(LVIII.) 817 quantamque] add. homo a deo *Faust.* 819 iustitiam L qui] quia *Faust.*

peruenire : ergo *Christus gratis mortuus est*. Si enim, per natu-
 825 rae uigorem, carnalis sapientia, quae deo est inimica, plenius
 expurgari potuit, et perfecta iustitia adimpleri : quid necesse
 erat deo, carne assumpta, pro humano genere mori ? Sed
 numquid apostolus tacuit, unde Enoch et Noe deo placere
 potuerint ? — dicens : *Fide Enoch translatus est ne uideret*
 830 *mortem ; et non inueniebatur, quia transtulit illum deus. Ante*
translatione(m) enim testimonium habebat placuisse deo, et
reliqua : Fide Noe, responso accepto de his quae adhuc non
uidebantur, metuens aptauit arcam in salutem domus suae ;
per quam damnavit mundum, et iustitiae quae per fidem est
 835 *heres est institutus.*

(LX.) Quam fidem idem apostolus non — ut delirat Faustus (AVG.)
 — generalem, sed specialem docet, dicens : *Non enim omnium*
est fides ; neque naturaliter omnibus inesse, sed a deo donari,
qui operatur omnia in omnibus, sicut et alibi idem apostolus
 840 *dicit, illud, quod superius beatissimus posuit Augustinus : Pax*
fratribus et caritas cum fide a deo patre et domino Iesu
Christo. Non ergo per legem naturae, sed per gratiam, omnes
sancti, ante aduentum domini, deo placuerunt, secundum
quod et beatissimus Petrus testatur, in actibus apostolorum
 845 *dicens : Nolite iugum imponere super ceruices discipulorum,*
quod neque nos neque patres nostri portare potuimus. Sed per
gratiam Christi speramus salui fieri quemadmodum illi.

(LIX.) 824 Gal. 2, *21. 829/831 Hebr. 11, *5. 832/835 Hebr. 11, 7.

(LX.) 837/838 II Thess. 3, 2. 839 I Cor. 12, 6. 841/842 Eph. 6, 23. 845/
 847 Act. 15, *10-11.

(LX.) 841/842 Avg., De praed. sanct. (ad Prosp. et Hil., I), 11, 6 [PL 44, col. 963^(D)].

(LIX.) 824 peruenire] rest. Schwartz, perueniret L Migne^a enim] eum Migne^a
 825 carnis Migne^a inimica est ~ Migne^a 826 expurgare Migne^a adimple-
 re Migne^a 829 potuerunt Migne^a 831 translatione (sic) L.

(LX.) 838 Quam] om. Migne^a idem] om. Migne^a delectat L 843 se-
 cundum] add. id Migne^a 844 in actibus testatur ~ Migne^a 847 quemadmo-
 dum] add. et Migne^a (cum Vulg.).

(LX.) 840 superius] lin. 787/788.

(EPILOGVS)

(LXI.) Ea<t> nunc Possessor, et, adhuc in pernicie propria
et eorum qui sibi consentiunt, defendat Fausti libros catho-
850 licos, quos non solum scriptis sanctissimi uiri Augustini,
uerum etiam summorum et praecipu<or>um Christi aposto-
l<or>um sententiis contrarios penitus ueritas docet, sicut hoc
loco manifesta ratione probauimus.

Nam ideo certas sententias, tam ex praefatione librorum
855 Fausti, quam etiam ex capituli<s> primo et septimo prioris
libri, inserere hoc loco necessarium consideraui : quia se idem
Possessor ita solet callide excusare, quod non amplius nisi octo
capitula libri primi legerit ; ut sic saltem confusus aliquando
resipiscat, ea quae proprio ore legisse se asserit, catholica
860 nefario ausu pronuntiare.

(EPILOGVS)

(LXI.) 848/860 Eat ... pronuntiare] *om. Migne*^{22r}. 848 Fa L. 851/852
summosum (*sic*) et praecipuum C. apostolum L. 854 librorum] errorum
Migne^a 855 capituli primi et septimi L *Migne*^a 857 solat L. 859 asseret
L. 860 ausus *Migne*^a.

Expl. EXPLICIT L Schwartz.

8

EPISTVLA
SCYTHARVM MONACHORVM
AD EPISCOPOS

et

RESCRIPTVM
EPISCOPORVM
AD SCYTHAS MONACHOS

MONITVM

Ob conexionem cum ceteris supra editis opusculis necnon et *capitulis sancti Augustini* infra edendis, necesse duximus textum hic repetere *epistulae Scytharum monachorum ad episcopos* ⁽¹⁾, et excerpta quaedam ex *rescripto episcoporum* ⁽²⁾, absque apparatu critico, uerum apparatu fontium aucto.

Cum *epistula Scytharum monachorum*, Ioanne diacono perlatore episcopis exhibita ⁽³⁾, magna ex parte retractatio *libelli fidei* habenda sit ⁽⁴⁾, loco critici apparatus praecipuas textuum uariationes collegimus, ut facile agnoscatur quo modo ab uno ad alterum transitio facta est.

(1) "PETRI DIACONI ET ALIORVM, QVI IN CAUSA FIDEI A GRAECIS EX ORIENTE ROMAM MISSI FVERVNT, *De incarnatione et gratia d. n. I. C., ad Fulgentium et alios episcopos Africae, liber*" (PL 62, col. 83^B-92^C); excerpta: "Ex epistola PETRI DIACONI ET SOCIORVM, QVI, OB QVAESTIONES FIDEI, EX ORIENTE ROMAM MISSI FVERVNT, *scripta ad episcopos Africanos in Sardinia exsules, de gratia Christi: quid cum ipsis uniuersae Orientis ecclesiae sentiant et contra haereticos defendant*" (PL 45, col. 1772^(D)-1776^(B)) (= exceptis ll. 33/196 "Igitur ... condemnauit"); "FVLGENTII Epistola xvi, seu Liber PETRI DIACONI ET ALIORVM, QVI IN CAUSA FIDEI GRAECIS EX ORIENTE ROMAM (sic) MISSI FVERVNT" (PL 65, col. 442^D-451^C); — inter epistulas Fulgentianas n. xvi "seu Epistula Petri diaconi et aliorum, qui in causa fidei Romam directi fuerunt" (CC 91A, p. 551-562).

(2) "FVLGENTII Epistola xvii, seu Liber s. FVLGENTII ET ALIORVM QVINDECIM EPISCOPORVM AFRICANORVM, ad Petrum diaconum et alios, qui ex Oriente in causa fidei Romam missi sunt, *De incarnatione et gratia domini nostri Iesu Christi*" (PL 65, col. 451^D-493^B); — inter epistulas Fulgentianas n. xvii "seu Rescriptum episcoporum" (CC 91A, p. 563-615).

(3) FVLG. e.a., *Rescr. ad Scyth. mon.*, (1), 1 (CC 91A, p. 563 = infra, p. 173, 9/10).

(4) MAXENT., *Libell. fid.* (supra, p. 5-25); — u. infra, p. 157-172, app. ult.

⟨EPISTVLA
SCYTHARVM MONACHORVM
AD EPISCOPOS⟩

DOMINIS SANCTISSIMIS, ET CVM OMNI VENERATIONE NOMINANDIS, DATIANO, FORTVNATO, IANVARIO, ALBANO, ORONTIO, BOETHO, FVLGENTIO ET CETERIS EPISCOPIS ET IN CHRISTI CONFESSIONE DECORATIS, EXIGVI PETRVS DIACONVS, IOANNES, LEONTIVS, ALIVS IOANNES, ET CETERI FRATRES IN CAUSA FIDEI ROMAM DIRECTI.

(PROLOGVS)

- (I.) 1. Vtile et pernecessarium, sanctisque dei ecclesiis specialiter credimus profuturum, ea quae de incarnatione et dispensatione diuina nobiscum uniuersae sanctae Orientalium
 10 ecclesiae contra haereticos defendunt (qui prauis et iniquis argumentis antiquam ecclesiae fidem inquietare non cessant), sanctitati uestrae suggerere atque de his consensum uestrae beatitudinis suppliciter promereri. Quia in nullo sanctam gloriosamque confessionem uestram credimus dissentire, praesertim cum uno ubique spiritu sanctam dei ecclesiam uegetari minime dubitemus. Non enim parua, immo potius magna laetitia uniuersi replebuntur Orientales, si sanctitatem uestram suis, immo magis catholicis nouerint in omnibus consentire dogmatibus.
- 20 2. Vnde suppliciter petimus et obsecramus beatitudinem uestram, quatenus diligenti examinatione ea quae inferius continentur discutientes (ut decet uerissimos et intrepidus Christi praedicatores), scriptis sententiam uestram nobis patefacere iubeatis ; ut si, deo praestante, catholicae fidei conueniens et apostolicis traditionibus, nostra apud uos (sicut non
 25 diffidimus) fuerit expositio comprobata, perfacile tantorum

(PROLOGVS)

(I.) 1. 8 credidimus *lib. fid.* (p. 5, 10 ; p. 9, 99 ; p. 23, 364).

2. 25 apostolicis] sanctorum patrum *lib. fid.* (p. 9, 103) 26 tantorum] sanctorum *lib. fid.* (p. 7, 48, 54)

(PROLOGVS)

(I.) 1. 7/12 cf. MAXENT., *Lib. fid.*, I, (1) ; v, (9) ; xv, (29) [supra, p. 5, 5/10 ; p. 9, 99/100 ; p. 23, 363/364]. 8/9 cf. MAXENT., *Lib. fid.*, v, (9) [supra, p. 9, 96/98].

2. 24/25 cf. MAXENT., *Lib. fid.*, v, (9) [supra, p. 9, 102/104]. 26/27 cf. MAXENT., *Lib. fid.*, III (4) [supra, p. 7, 48/49].

uirorum probatissimorumque sacerdotum auctoritate muniti,
 iniqua loquentium ora obstruere ualeamus et in fide sancto-
 rum patrum perseuerantes, deo, qui uos sanctimonii sui con-
 fessione glorificauit, gratias referamus, domini sanctissimi et
 deo dignissimi. Nunc ea quae sequuntur diligentius petimus
 exploretis.

(DE INCARNATIONE DOMINICA)

(II.) 3. Igitur iuxta sanctorum patrum traditionem, domi-
 num nostrum Iesum Christum in duabus naturis unitis et in-
 confusus, id est diuinitatis et humanitatis, in una persona siue
 subsistentia confitemur. Nec illis acquiescentes qui unam dei
 uerbi naturam incarnatam praedicantes, uenerabilis Chalcedo-
 nensis concilii fidem refugiant, nec illos admittentes qui duas

(I.) 2. 28 *iniqua loquentium ora obstruere*] cf. Ps. 62, 12 ; Rom. 3, 19.

(I.) 2. 28/29 *in fide sanctorum patrum*] CONCIL. CHALCED., Actio v, Definitio fidei,
 34 [ACO II, 1-2, p. (325) 129, 23] ; Versio antiqua, 34 [ACO II, III-2, p. (396) 137,
 23].

(DE INCARNATIONE DOMINICA)

(II.) 3. 33/36 FVLG. e.a., Rescr. ad Scyth. mon., (II), 2 [CC 91A, p. 564 = infra,
 p. 174, 46/49].

27 sacerdotum] doctorum *lib. fid.* (p. 7, 49) auctoritate muniti] sententiis ar-
 mati *lib. fid.* (p. 7, 49) 28 *iniqua loquentium*] contradicentium *lib. fid.* (p. 7, 42).

(DE INCARNATIONE DOMINICA)

(II.) 3. 33 iuxta] secundum *lib. fid.* (p. 11, 127) sanctorum] *om. lib. fid.* (p. 11,
 127) traditionem patrum ~ *lib. fid.* (p. 11, 127) 35 id] hoc *lib. fid.* (p. 11, 126)
 36/37 naturam dei uerbi ~ *lib. fid.* (p. 13, 166) 37/38 uenerabile ... concilium]
 ueneranda ... synodus *lib. fid.* (p. 13, 162) (cf. *infra*, lin. 186).

28 cf. MAXENT., *Lib. fid.*, II (3) [supra, p. 7, 42]. 28/29 cf. MAXENT., *Lib. fid.*,
 VI, (10) [supra, p. 10, 106/107].

(DE INCARNATIONE DOMINICA)

(II.) 3. 33/36 cf. MAXENT., *Lib. fid.*, VII, (11) [supra, p. 11, 125/128] ; MAXENT.,
 Capit., α' (1) [supra, p. 29, 1/4]. 36/43 cf. MAXENT., *Lib. fid.*, VIII, (13) [supra,
 p. 13, 161/168] ; MAXENT., Capit., α' (1) [supra, p. 29, 4/6].

naturas dolose pronuntiantes, unam dei uerbi naturam incar-
 40 natam minime confitentur, aestimantes hoc duarum natura-
 rum professioni contrarium, quasi aliquid aliud quam duas
 naturas ineffabiliter unitas una dei uerbi natura incarnata
 significet, beato Cyrillo Alexandrinae ciuitatis antistite in se-
 cunda epistula ad Successum episcopum Diocaesariae ita scri-
 45 bente : *Si enim unam naturam dicentes dei uerbi, tacuissemus*
non inferentes incarnatam, sed uelut abicientes dispensationem,
erat illis forsitan non improbabilis sermo, simulantibus interro-
gare, ubi est in humanitate perfectio ? aut quomodo substantia
nostra subsistit ? Quoniam uero et perfectio quae in humanitate
 50 *est, et essentiae nostrae manifestatio illata est, per id quod dictum*
est incarnata, iam desinant harundineam uirgam sibiimet suppo-
nentes, abicientes dispensationem atque incarnationem negantes.

(III.) 4. Beatam uero uirginem Mariam non propter dignita-
 tem hominis illius qui ex ipsa natus est (quem gratia et
 55 non natura deum quidam impie praedicare non metuunt), sed
 proprie et secundum ueritatem credimus theotocon, id est dei
 genetricem, eo quod peperit uere et proprie deum uerbum
 incarnatum et hominem factum, atque essentialiter siue natu-
 raliter carni unitum.

60 5. Propterea et essentialem siue naturalem factam natu-
 rarum unionem omnimodis confitemur, non sicut illi qui
 tamquam in propheta, ita in Christo deum uerbum inope-
 rasse contendunt. Quos redarguit beatus Gregorius Nazan-

(II.) 3. 48/82 CYRILL. ALEX., Epist. XLVI (ad Successum), 3 [PG 77, col. 244^A ; e.a.] ; Transl. DIONIS. EXIG., 4 [ACO I, v-2, p. 301, 25/30] (cf. ACO IV, III-1, p. 176, 47) — (cf. Altaner, 'Leont.', TQ 127, p. 150 = TU 83, p. 377-378 ; Altaner, 'Skyth.', HJ 72, p. 579 = TU 83, p. 503).

(III.) 4. 53.56/59 FVLG. e.a., Rescr. ad Scyth. mon., (II), 2 [CC 91A, p. 564 = infra, p. 174, 49/53].

(III.) 4. 53/54 dignitatem] honorem *lib. fid.* (p. 18, 289) 55 quidam impie praedicare non metuunt] confitentur *lib. fid.* (p. 19, 290) 56 proprie et secundum ueritatem] uere et proprie *lib. fid.* (p. 19, 291) credimus] *add.* et confitemur *lib. fid.* (p. 19, 292) theotocon id est] *om. lib. fid.* (p. 19, 291).

(III.) 4. 53/59 cf. MAXENT., *Lib. fid.*, XII, (23) [supra, p. 18, 288/292] ; MAXENT., Capit., β' (2) [supra, p. 29, 7/11].

5. 60/61 cf. MAXENT., *Lib. fid.*, VII, (11) [supra, p. 11, 126/128] ; MAXENT., Capit., γ' (3) [supra, p. 29, 12/14]. 62/67 cf. MAXENT., *Lib. fid.*, VIII, (12) [supra, p. 13, 157/161].

zenus ad Cledonium, dicens : *Si quis sicut in propheta se-*
cundum gratiam dicit inoperasse deum uerbum, et non essen-
tialiter factam confitetur unionem, sit uacuuus melioris inopera-
tionis, magis autem plenus sit deterioris. Nec sicut illi qui secundum illustrationem, aut dilectionem, aut affectionem, aut personalem, uel subsistentialem, siue secundum auctoritatem,
 70 aut potentiam, aut aequalitatem honoris, unionem tentant astruere naturarum. Quos paulo superius memoratus beatus Cyrillus anathematizat dicens contra Nestorium : *Si quis in uno Christo diuidit substantias post unitatem, sola eas societate conectens secundum dignitatem, aut auctoritatem,*
 75 *aut potentiam, et non magis conuentu ad unitatem naturalem, anathema sit.* Deus enim uerbum, non nomine uacuo, non particula sui, sed natura deus tantus quantus et pater est, aequalis per omnia patri, praeter hoc tantummodo quod ille pater est, iste filius, naturae se humanae uniens, factus
 80 est homo.

6. Hinc etiam a sanctis patribus adunatione ex diuinitate et humanitate Christus dominus noster compositus praedicatur. Quod nolens Paulus Samosatenus confiteri, damnatus est ab Antiocheno concilio, Malchione presbytero eiusdem Antio-
 85 chenaee ecclesiae, uiro per omnia eruditissimo, et ab uniuersis sacerdotibus qui contra eundem Paulum conuenerant tunc electo ; qui summum disputationis certamen a concilio memorato suscipiens, ita eundem haereticum inter cetera redarguit, dicens : *Ex simplicibus fit certe compositum, sicut in Christo*

(III.) 5. 64/67 GREG. NAZ., Epist. CI (ad Cledonium, contra Apollinarium), 22 [PG 37, col. 180^B; Schr 208, p. 46, 3/6; e.a.] (cf. ACO IV, III-1, p. 243 sq., 1 [c]). 67/71 cf. DIONIS. EXIG., Praef. 6, 2 [CC 85, p. 60, 38/45]. 72/76 CYRILL. ALEX., Epist. XVII (ad Nestorium), anath. γ' [PG 77, col. 120^C; e.a.]; Transl. DIONIS. EXIG., 12, anath. III [ACO I, v-2, p. 243, 4/6; PL 67, col. 17^C; e.a.] (cf. ACO IV, III-1, p. 172 sq., 41 [c]). 74 *societate ... auctoritatem* cf. DIONIS. EXIG., Praef. 6, 2 [CC 85, p. 60, 38/45] (*coniunctionem quandam et societatem ... dignitate quadam et auctoritate*).

6. 60/101 'Disputatio Malchionis cum Paulo Samosateno' — (cf. H. De Riedmatten, 'Les actes du procès de Paul Samosate', Paradosis. Études de littérature et de théologie ancienne, VI [Fribourg, 1952]; e.a.; — M. Richard, 'Malchion et Paul de Samosate. Le témoignage d'Eusèbe de Césarée. Ephemerides Theologicae Louanienses, 35 [1959] [= Id., 'Op. min.', II, n. 25], p. 325-338).

5. 67 autem] *add. et lib. fid.* (p. 13, 160).

67/71 cf. MAXENT., Lib. fid., VIII, (12) [supra, p. 12, 149/152]; MAXENT., Capit., γ' (3) [supra, p. 29, 14/16]. 72/76 cf. MAXENT., Lib. fid., VIII, (12) [supra, p. 13, 153/157]; SCYTH. MON., Disput. XII capit., γ' [infra, p. 201, 156/159].

90 Iesu, qui ex deo uerbo et humano corpore, quod est ex semine
 Dauid, unus factus est, nequaquam ulterius diuisione aliqua,
 sed in unitate subsistens. Tu uero uideris mihi secundum hoc
 nolle compositionem fateri, ut non substantia sit in eo filius dei,
 sed sapientia secundum participationem. Hoc enim dixisti, quia
 95 sapientia dispendium patiatur, et ideo composita esse non possit,
 nec cogitas quod diuina sapientia sicut antequam se exinanisset,
 indiminuta permansit; ita et in hac exinanitione quam gessit
 misericorditer, indiminuta atque indemutabilis exstitit. Et hoc
 etiam dicis, quod sapientia habitaret in eo. Habitamus et nos
 100 in domibus ut alter in altero, sed neque pars domorum nos su-
 mus, nec nostra pars domus est. Similiter etiam beatus Atha-
 nasius in libello cuius est titulus "Quod unus sit Christus"
 haereticorum uanitatem refutans, postquam de filii dei diui-
 nitate inquisitiones eorum superfluas approbasset, ita prose-
 105 quitur: Sic inquit etiam de incarnatione inquirunt: Quo-
 modo, inquirunt, incarnatur deus? quomodo incorporatur?
 quomodo componitur ad paruum corpusculum incapabilis?
 quomodo unitur increatus creato, et circumscripto incircum-
 scriptus? aut quomodo in parte magnus ille et immensus et in-
 110 diuiduus? Si autem magnitudo illa in paruo loco contracta est,
 aut paruum illud factum est magnum, aut pars, et non omnis
 diuinitas carni unita est, quod est impium credere. Et prolapsi
 sunt ex hoc quod dicunt: Quomodo et quali modo? Et qua sen-
 tentia et perfidia etiam isti et inhabitationem pro incarnatione
 115 opinati sunt, et pro unitate et compositione inoperationem hu-
 manam, et pro una substantia domini nostri Iesu Christi duas
 subsistentias et duas personas, et pro sancta et ineffabili trini-
 tate quaternitatem indecenter dogmatizantes et impie?

7. Rursus beatus Gregorius in sermone de filio: Vno
 120 autem inquit capitulo moneo, ut altiora quidem ascribas diuini-
 tati, et illi naturae quae passionibus et corpore probatur esse
 superior; humiliora uero composito tribuas, qui propter te
 semetipsum exinaniuit et incarnatus est. Hinc ergo rectissime

(III.) 6. 90/91 Ioh. 7, 42; Rom. 1, 3; II Tim. 2, 8.

7. 123 Phil. 2, 7.

105/118 PS.-ATHANAS. ALEX., Quod unus sit Christus (CPG II n. 3737) [H. Lietzmann, 'Apollinaris von Laodicea und seine Schule', TU 1, p. 293, 21 - 296, 9; PG 28, col. 124^c]; 118/118 syriace etiam apud IOAN. CAESAR., Apol. Concilii Chalced. (excerpta), 28 (etiam sub nomine Athanasii) [CCSG 1, p. 14, 240/245] — (cf. Altaner, 'Skyth.', HJ 72, p. 580 = TU 83, p. 505).

7. 119/123 GREG. NAZ., Orat. XXIX, 18 [PG 36, 97^B; e.a.] — (cf. Altaner, 'Skyth.', HJ 72, p. 580 = TU 83, p. 505).

credimus, quod plenus et perfectus deus uerbum, etiam post
 125 assumptam carnem nullum augmentum detrimentumque
 pertulerit, immo unitione sua ineffabilem gloriam contulerit
 assumptae naturae.

(IV.) 8. Hac de causa trinitas etiam post incarnationis
 mysterium trinitas mansit, quia idem deus uerbum, etiam
 130 cum propria carne unus est ex trinitate; non quod caro eius
 sit de substantia trinitatis, sed quia caro dei uerbi est, qui
 est unus ex trinitate. *Ipse enim omnino, et non alius ascendit
 in caelum, qui descendit de caelo, filius hominis qui est in
 caelo.* Quapropter et deum uerbum passum carne et cruci-
 135 fixum carne et sepultum carne, secundum beatum Cyrillum
 profiteamur dicentem: *Si quis non confitetur deum uerbum
 passum carne, crucifixum carne, et mortem carne gustasse,
 factumque primogenitum ex mortuis, secundum quod est uita et
 uiuificator tamquam deus, anathema sit.*

140 9. Similiter etiam hominem Christum dicimus uerbum,
 secundum illud beati Ioannis: *Quod fuit ab initio, quod audi-
 uimus, quod uidimus oculis nostris, quod perspeximus et ma-
 nus nostrae tractauerunt de uerbo uitalae.* Neque enim uerbum
 secundum deitatis suae naturam tractari potuit manibus hu-
 145 manis, nisi fieret homo. Est etiam procul dubio puer ille quem
 beata uirgo genuit, quem *pannis inuoluit*, quem in praesepio
 collocauit, quem octauo die circumcidit, quem Simeon uir iustus
 propriis amplexatus est gremiis, quem subiectum parentibus
 euangelistae referunt, quem profecisse aetate et sapientia pro-
 150 testantur, natura deus, *per quem facta sunt omnia, uisibilia*

(IV.) 8. 132/133 Ioh. 3, *13.

9. 140 *hominem* cf. 1 Tim. 2, 5. 141/143 1 Ioh. 1, *1. 146 cf. Matth. 1, 25;
 Luc. 2, 7. Luc. 2, 7. 146/147 cf. Luc. 2, 7. 147 cf. Luc. 2, 21.
 147/148 cf. Luc. 2, 28. 148/149 cf. Luc. 2, 51. 149/150 cf. Luc. 2, 52.
 150/151 Col. 1, *16.

(IV.) 8. 136/139 CYRILL. ALEX., Epist. xvii (ad Nestorium), anath. 48' [PG 77,
 col. 121^D; c.a.]; Transl. DIONIS. EXIG., 12, anath. xii [ACO I, v-2, p. 244, 13/15;
 PL 67, col. 18^D; c.a.] (cf. ACO IV, III-1, p. 175, 41 [m]).

(IV.) 8. 128/132 cf. MAXENT., Lib. fid., IX, (14) [supra, p. 14, 186/188]; MAXENT.,
 Capit., 8' (4) [supra, p. 29, 17/20]. 135/139 cf. MAXENT., Lib. fid., XIII, (26) [su-
 pra, p. 21, 335/339]; MAXENT., Capit., 5' (6) [supra, p. 30, 26/27]; SCYTH. MON.,
 Disput. XII capit., 48' [infra, p. 212, 446/449].

9. 145/146. 150/151 cf. MAXENT., Lib. fid., XI, (21); XII, (23) [supra, p. 18, 270/271;
 p. 19, 292/293]; MAXENT., Capit., 6' (5) [supra, p. 29, 21/23].

et inuisibilia, unigenitus et primogenitus, *in quo omnia constant*, secundum apostolum Paulum. Et hoc ipsum claris uocibus etiam Isaias propheta protestatur dicens : *Puer natus est nobis, et filius datus est nobis ; cuius potestas in uero eius : et*
 155 *uocabitur magni consilii angelus, admirabilis, consiliarius, deus fortis, dominator, pater futuri saeculi, princeps pacis.*

10. Et idcirco acquiescendum illis nullatenus credimus, qui puero illi deum fortem unitum asserunt, nec deum fortem ipsum esse puerum credunt, praesertim cum non alterius
 160 cuiuslibet, sed eius omnino thronum, qui *de spiritu sancto et Maria uirgine* natus est, atque in Iordane a Ioanne ut aquas sanctificaret baptizatus est, in saeculum saeculi psalmista testetur, dicens : *Thronus tuus, deus, in saeculum saeculi ; uirga aequitatis uirga regni tui. Dilexisti iustitiam et odisti*
 165 *iniquitatem, propterea unxit te deus tuus oleo exultationis prae participibus tuis.* Quomodo autem ungi poterat deus, cuius thronus est in saeculum saeculi, nisi fieret homo ?

(V.) 11. Secundum hanc ergo prophetae sententiam, deus factus est Christus, non autem Christus factus est deus, sicut
 170 dicunt haeretici, qui per prouectum non per naturam Christum deum audent asserere. Deus enim unctus est, quia

181 cf. Ioh. 1, 14.18 ; 3, 16.18 ; 1 Ioh. 4, 9. cf. Matth. 1, 25 ; Luc. 2, 7. 181/
 182 Col. 1, *17. 183/186 Is. 9, *6.

10. 101/102 cf. Matth. 3, 15 ; Marc. 1, 9 ; Luc. 3, 21. 103/106 Ps. 44, *7-8.

10. 100/101 SYMB. ROMAN., 3 (cf. SYMB. NICAEN., 15) [CC 50A, p. 560, 60/63 (p. 561, 60/64)].

10. 103 Thronus tuus] Sedes tua *lib. fid.* (p. 21, 325) 105 deus] *iterat. lib. fid.* (p. 21, 327) exultationis] laetitiae *lib. fid.* (p. 21, 327) 106 participibus] consortibus *lib. fid.* (p. 21, 327) deus ungi potuit *lib. fid.* (p. 21, 328) 107 cuius ... saeculi] aut habere consortes *lib. fid.* (p. 21, 328).

(V.) 11. 108 hanc ergo prophetae] huius beati patris *lib. fid.* (p. 20, 319) 109 est] *om. lib. fid.* (p. 20, 319) factus est deus] deus factus docetur *lib. fid.* (p. 20, 320) 170 haeretici] sectatores Theodori Mopsuesteni magistri Nestorii *lib. fid.* (p. 20, 321) prouectum] profectum *lib. fid.* (p. 20, 322) non per naturam] *om. lib. fid.* (p. 20, 322) 171 audent asserere] factum credunt *lib. fid.* (p. 20, 322)

186 cf. MAXENT., Capit., ε' (5) [supra, p. 30, 24/25].

10. 188/189 cf. MAXENT., Lib. fid., VIII, (12) [supra, p. 12, 146/148]. 162/167 cf. MAXENT., Lib. fid., XIII, (25) [supra, p. 20, 324/329].

(V.) 11. 108/171 cf. MAXENT., Lib. fid., XIII, (25) [supra, p. 20, 318/322] ; MAXENT., Capit. ζ' (7) [supra, p. 30, 29/30].

ipse factus est homo ; non enim alter est deus, alter homo, sed idem deus, idem homo. Qui enim naturalis est filius uirginis, idem naturalis est filius dei. Propterea et duas natiuitates dei uerbi credimus et confitemur, id est, unam *ante saecula a patre secundum diuinitatem*, alteram *in nouissimis diebus a uirgine sancta secundum carnem* ; exsecrantes eos, qui negant secundum carnem uerbi dei natiuitatem, qui etiam refugiunt unius eiusdemque filii dei fateri mirabilia et passion^{es}, quod omnis dei ecclesia confitetur.

12. Accipimus autem et quattuor concilia secundum hunc expositionis nostrae sensum, id est trecentorum decem et octo et centum quinquaginta, qui damnauerunt impios pneumatomachos ; necnon etiam Ephesenum primum, cui praefuerunt 185 beatissimi Caelestinus Romanus et Cyrillus Alexandrinus antistites ; et sanctum ac uenerabile quod apud Chalcedonem celebratum est.

13. Epistulas quoque beati Leonis amplectimur anathematizantes uniuersos contraria dogmatibus ecclesiae sentientes, 190 simul et omnia scripta Theodori Mopsuesteni et Nestorii discipuli eius, omnesque qui illis similia sapiunt cum eodem

(V.) 11. 175/177 CONCIL. CHALCED., Actio v, Definitio fidei, 34 [ACO II, 1-2, p. (325) 129, 27/29] ; Versio antiqua, 34 [ACO II, III-2, p. (396) 137, 28/29] ; — item, sed ex alia uersione : Form. Libell. fid., 2 [CC 85, p. 153, 69/78].

172 non enim] quia non *lib. fid.* (p. 21, 331) est alter ~ *lib. fid.* (p. 21, 331) 176 alteram] *add.* uero *lib. fid.* (p. 20, 305) 177 diebus] temporibus *lib. fid.* (p. 20, 306) carnem] humanitatem *lib. fid.* (p. 20, 306).

12. 182 expositionis nostrae sensum] omnium sanctorum patrum catholicum sensum *lib. fid.* (p. 22, 340/341) 183 Romanus et Alexandrinus] *om.* *lib. fid.* (p. 22, 344) 186 antistites] patriarchae *lib. fid.* (p. 22, 345) sanctum ac uenerabile (concilium)] uenerandam synodum *lib. fid.* (p. 22, 347) (*cf. supra, lin. 37/38*).

13. 190 simul et] similiter *lib. fid.* (p. 22, 352) 191 omnesque] et omnes *lib. fid.* (p. 22, 354) illis similia] similiter illis *lib. fid.* (p. 22, 354).

172/173 cf. MAXENT., Lib. fid., XIII, (26) [supra, p. 21, 331/332]. 173/174 cf. MAXENT., Lib. fid., XIII, (24) [supra, p. 20, 307/309]. 174/177 cf. MAXENT., Lib. fid., XIII, (24) [supra, p. 20, 304/307] ; MAXENT., Capit., 7' (8) [supra, p. 30, 31/33]. 179/180 cf. MAXENT., Lib. fid., XIII, (26) [supra, p. 21, 329/331].

12. 181/187 cf. MAXENT., Lib. fid., XIV, (27) [supra, p. 22, 341/348].

13. 188/190 cf. MAXENT., Lib. fid., XIV, (28) [supra, p. 22, 350/360]. 191 omnesque ... sapiunt] cf. MAXENT., Lib. fid., XIV, (28) [supra, p. 22, 354] ; MAXENT., Capit., 48' (12) [supra, p. 30, 44].

Nestorio, necnon etiam cuncta scripta duodecim capitulis aduersantia beati Cyrilli, quae contra eundem Nestorium edidit ; his adicientes Eutychem et Dioscorum cum sociis eorum,
 195 omnesque quos iuste ac regulariter sedes apostolica condemnauit.

(DE GRATIA CHRISTI)

(VI.) 14. Post haec consequens est etiam qualiter de Christi gratia sentiamus, qua nos eruit de potestate satanae, secundum quod nobis est traditum, uestrae beatitudini declarare ;
 200 quia etiam in hac parte auctoritas uestra nobis ualde est necessaria.

15. Credimus itaque bonum et sine ulla carnis impugnatione, a deo creatore omnium, factum Adam, magnaeque praeditum libertate, ita ut et bonum facere in propria facultate haberet,
 205 et malum, si uellet, posset admittere. Eratque mors et immortalitas in eius posita quodammodo arbitrii libertate. Capax enim erat utriusque rei, ut si seruaret praeceptum, sine experientia mortis fieret immortalis ; si uero contemneret, mors

(DE GRATIA CHRISTI)

(VI.) 14. 198 cf. Col. 1, 13.

15. 202/203 cf. Eccle. 7, 30 ; 1 Tim. 4, 4. 205/206 cf. Gen. 2, 17.

13. 192/193 *scripta ... aduersantia*] cf. ps.-NEST., *Anti anath.*, 1-12 (transl. DRONIS. EXIG., 2, *anath.* 1-xii) [ACO I, v-2, p. 247, 9 - 249, 7 ; e.a.].

(DE GRATIA CHRISTI)

(VI.) 15. 202/210 cf. Capit. s. Aug., 1, (1) [infra, p. 251, 1/5].

(DE GRATIA CHRISTI)

(VI.) 14. 197 qualiter] *ita lib. fid.* (p. 9, 96), *sed* quid *lib. fid.* (p. 23, 361) 200 quia] eo quod *lib. fid.* (p. 23, 364).

15. 202 Credimus itaque] Igitur confitemur *lib. fid.* (p. 23, 367) bonum] rectum in omnibus *lib. fid.* (p. 23, 367) et ... impugnatione] *om. lib. fid.* (p. 23, 367) 200 creatore omnium factum] creatum *lib. fid.* (p. 23, 367/368) 200 arbitrii libertate] facultate arbitrii *lib. fid.* (p. 23, 369)

(DE GRATIA CHRISTI)

(VI.) 14. 197/198 cf. MAXENT., *Lib. fid.*, v, (9) ; xv, (29) [supra, p. 9, 96/99 ; p. 23, 361/363]. 200 cf. MAXENT., *Lib. fid.*, xv, (29) [supra, p. 23, 364/365].

15. 202/214 cf. MAXENT., *Lib. fid.*, xvi, (30) [supra, p. 23, 367/374].

- continuo sequeretur. Itaque serpentis astutia deprauatus,
 210 sponte diuinae legis praeuaricator effectus est, et ideo secundum
 quod ei praedictum fuerat, iusto iudicio dei mortis poena
 damnatur, totusque, id est secundum corpus et secundum
 animam, in deterius commutatus, amissa libertate propria,
 sub peccati seruitio mancipatur.
- 215 **16.** Ex hoc nullus est hominum qui non huius peccati uin-
 culo nascatur astrictus, praeter eum qui ad hoc uinculum
 peccati soluendum, nouo generationis modo natus est : *Me-*
diator dei et hominum, homo (Christus) Iesus. Quid enim aliud
 potuit aut potest nasci ex seruo, nisi seruus ? Neque enim
 220 cum esset liber Adam, filios procreauit, sed postquam seruus
 peccati factus est. Ideo sicut omnis homo ab illo est, ita
 et omnis homo seruus peccati per ipsum est. Hinc et aposto-
 lus : *Ex uno inquit in omnes in condemnationem.* Et rur-
 sus : *Per unum hominem peccatum intrauit in hunc mundum,*
 225 *et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit,*
in quo omnes peccauerunt. Falluntur ergo omnimodo qui di-
 cunt mortem solam, non et peccatum transisse in genus hu-
 manum, cum apostolus et peccatum et mortem mundo per
 eum testetur illatam.

209/210 cf. Gen. 3, 1-6.13 ; II Cor. 11, 3.

16. 217/218 I Tim. 2, 5. **223** Rom. 5, 16. Rom. 5, *18. **224/226** Rom. 5, *12.

211 iusto iudicio dei cf. Avg., Enchir., xxv, 99 [CC 46, p. 102, 72] = Capit. s. Aug., [xxvi] xviii^b, (22^m) [infra, p. 268, 264]. **212/213 totusque ... commutatus** Capit. s. Aug., III, (3) [infra, p. 252, 14/15] (*totum ... commutatum*).

16. 215/220 cf. Capit. s. Aug., IV, (4) [infra, p. 253, 21/28].

209 serpentis] praem. callidi lib. fid. (p. 23, 371) astutia deprauatus] deceptum as-
 tutia lib. fid. (p. 23, 371) **210 sponte] praem. propria lib. fid. (p. 23, 371)** diui-
 nae ... effectus est] praeuaricatorem exstitisse diuini praecepti lib. fid. (p. 23, 371/
 372) et ideo] atque ob hoc lib. fid. (p. 23, 372) **210/211 secundum ... fuerat]**
om. lib. fid. (p. 23, 372).

16. 224 hunc] om. lib. fid. (p. 24, 386) **225 pertransiuit lib. fid. (p. 24, 387).**

16. 215/220 cf. MAXENT., Lib. fid., XVI, (31) [supra, p. 24, 379/387] ; MAXENT., Capit., 1a' (11) [supra, p. 30, 38/42].

230 17. Ab hac igitur damnatione et morte nullus omnino liberatur, nisi gratia redemptoris; qui cum esset dominus utpote deus, ut nos a seruitute perpetua et potestate diaboli liberaret, atque ad ueram libertatem reduceret, factus est seruus, accipiens formam serui. Hinc est quod dicit ad Iudaeos: *Tunc*
 235 *uere liberi eritis, si uos filius liberauerit*. Putabant enim se uere liberos, qui humanis occupationibus intentione uanissima seruebant. Vt ergo falsa libertas fieret uera libertas, id est, ut humana libertas fieret Christiana libertas, eadem libertas liberatore indiguit, quo posset, per eius gratiam ab occupatio-
 240 nibus humanis auersa, ea cogitare et desiderare quae pertinent ad uitam aeternam.

18. Sine hac igitur gratia potest quidem cogitare et desiderare humana, non autem potest cogitare, aut uelle, seu desiderare diuina, quorum primum est et praecipuum fundamentum, et crepido quodammodo, siue omnium bonorum origo,
 245 credere in dominum gloriae crucifixum, quod utique non est ex naturalis arbitrii libertate, quia *non hoc caro et sanguis, sed pater caelestis reuelat* cui uoluerit, ad ueram eum attrahens libertatem, non uiolenta necessitate, sed infundendo suauitatem per spiritum sanctum, ut mox credentes dicamus,
 250 quia: *Dominus est Iesus*, quod *nemo* per naturalem arbitrii libertatem *potest dicere, nisi in spiritu sancto*.

19. Frustra ergo garriunt qui dicunt: 'Meum est uelle credere, dei autem gratia est adiuuare', cum etiam ipsum cre-

17. 234 Phil. 2, *7. 234/235 loh. 8, *36.

18. 246 cf. 1 Cor. 2, 8. 247/248 Matth. 16, *17. 251/252 1 Cor. 12, *3.

18. 242/252 cf. Capit. s. Aug., VIII, (9) [infra, p. 256, 54/63].

19. 233/254 FVLG. e.a., Rescr. ad Scyth. mon., (xvii), 34 [CC 91A, p. 589 sq. - infra, p. 175, 953/954-958/959].

17. 240/241 ad uitam aeternam pertinent ~ *lib. fid.* (p. 25, 405).

19. 233 Meum] Nostrum *lib. fid.* (p. 25, 417) 233/254 credere] *om. lib. fid.* (p. 25, 417) 254 autem] uero *lib. fid.* (p. 25, 417) gratia est] *om. lib. fid.* (p. 25, 417) adiuuare] perficere *lib. fid.* (p. 25, 417).

17. 240/241 cf. MAXENT., Lib. fid., xvii, (34) [supra, p. 25, 404/405].

18. 242/244 cf. MAXENT., Lib. fid., xvii, (34) [supra, p. 24, 402/406]. 250/252 cf. MAXENT., Lib. fid., xvii, (34) [supra, p. 25, 410.411/413].

19. 233/256 cf. MAXENT., Lib. fid., xviii, (35) [supra, p. 25, 416/418].

255 dere, quod est consensum praeberere ueritati, nobis a deo dari testetur apostolus dicens : *Vobis enim datum est a Christo, non solum ut in eum credatis, uerum etiam ut pro illo patiamini.*

(VII.) 20. Sed dicunt : Si nolentes deus facit ut uelint credere, nullus autem est qui naturaliter (ut dicitis) potest credere
260 in filio dei aut aliquid boni uelle quod pertinet ad uitam aeternam, cur ergo non facit omnes uelle, cum non sit personarum acceptio apud deum, praesertim cum de ipso scriptum sit : *Qui uult omnes homines saluos fieri, et ad agnitionem ueritatis uenire* ? Aut enim uult, et non potest, aut mentitur scriptura
265 diuina. Quod si horum quodlibet sentire est impium, restat ut non ille excitet uoluntatem humanam, sed eam exspectet ab homine, ut aequum sit in uolentibus praemium, in nolentibus autem iusta damnatio.

21. Haec si ita sunt ut haeretici iactitant, comprehensa
270 sunt ab ipsis inscrutabilia et incomprehensibilia dei iudicia. Si enim, ut ipsi uolunt, nolentes damnat, saluat autem uolentes, nihil est omnino quod quaeratur ulterius. Et, quantum ad ipsos, fallit scriptura diuina, quae *incomprehensibilia* dei testatur *iudicia*. Nos autem incomprehensibilia credentes et
275 demonstrantes iudicia dei, ex una massa perditionis alios saluari dicimus bonitate et gratia dei, alios iusto et occulto iudicio derelinqui.

19. 256/257 Phil. 1, *29.

(VII.) 20. 263/264 1 Tim. 2, *4.

21. 273/274 Rom. 11, 33.

(VII.) 21. 275/276 *ex una massa perditionis ... gratia dei*] cf. AVG., De grat. Christi et pecc. orig., II, xxix, 34 [CSEL 42, p. 194, 2/4].

(VII.) 20. 258/262 FVLG. e.a., Rescr. ad Scyth. mon., (xxi), 42 [CC 91A, p. 596 = infra, p. 175, 1171/1175]. 261 FVLG. e.a., Rescr. ad Scyth. mon., (xxi), 42 [CC 91A, p. 596 = infra, p. 176, 1183]. 261/262 FVLG. e.a., Rescr. ad Scyth. mon., (xxviii), 55 [CC 91A, p. 606 = infra, p. 176, 1539/1540]. 266/268 FVLG. e.a., Rescr. ad Scyth. mon., (xxx), 58 [CC 91A, p. 609 = infra, p. 177, 1616/1618].

(VII.) 20. 265 sentire] dicere *lib. fid.* (p. 18, 285).

(VII.) 20. 265 cf. MAXENT., Lib. fid., XI, (22) [supra, p. 18, 284/285].

22. Alioquin dicant, si possunt, hi qui hoc diuinae iustitiae et bonitati contrarium aestimant : Cur is, *qui omnes homines*
 280 *uult saluos fieri, et ad agnitionem ueritatis uenire*, tam multas uirtutes fecit in Corozaim et Bethsaida et nullam harum in Tyro et Sidone facere uoluit, ubi si factae fuissent (sicut ipse testatur) *forsitan in cinere et cilicio paenitentiam egissent* ? aut cur in Asia et Bithynia apostolum uetuit uerbum salutis an-
 285 nuntiare ?

23. Quod si ista nequeunt comprehendere, redeant ad se, et inuenientes se homines, desinant quaerere cur alios saluet gratuito dono, alios derelinquat iusto et occulto iudicio, qui *potestatem habet ex eadem massa aliud uas facere in honorem*,
 290 *aliud in contumeliam* ; et clament una nobiscum, immo iuxta apostolum : *O altitudo diuitiarum sapientiae et scientiae dei ! Quam inscrutabilia sunt iudicia eius, et inuestigabiles uiae eius ! Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit ? Aut quis prior dedit ei, et retribuetur illi ? Quoniam ex*
 295 *ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia ; ipsi gloria in saecula saeculorum. Amen.* Manifeste ergo non nobis, sed apostolo omnino resistit qui dicit : Nisi ego prius uoluero, gratia ad me non uenit. Quod omnino nihil aliud est dicere, nisi prius dare deo, ut retribuatur illi.

300 (VIII.) 24. Sed nos sequentes eundem apostolum, omnem bonarum cogitationum originem, earumque consensionem et uoluntatem ex deo et per deum et in deo dicimus, qui prauas hominum uoluntates et terrenis actibus implicatas, per infusionem et inoperationem intrinsecus sancti spiritus
 305 absoluit et corrigit, sicut scriptum est : *Praeparatur uoluntas a domino.*

22. 279/280 1 Tim. 2, *4. 283 Matth. 11, *21 ; Luc. 10, *13. 284/285 cf. Act. 16, 6-7.

23. 288/289 Rom. 9, *21. 291/296 Rom. 11, *33-36.

(VIII.) 24. 305/306 Prou. 8, *35 (LXX).

22. 279/283 Avg., Enchir., xxiv, 95 [CC 46, p. 99, 11/17] ; cf. Capit. s. Aug., [xxvii] xviii¹, (22⁷⁷) [infra, p. 271, 353/360].

(VIII.) 24. 300/306 cf. Capit. s. Aug., ix, (10) [infra, p. 258, 67/72].

(VIII.) 24. 304 spiritus sancti ~ lib. fid. (p. 25, 407).

(VIII.) 24. 304 cf. MAXENT., Lib. fid., xvii, (34) [supra, p. 25, 406/407].

25. Hinc etiam beatus Basilius Caesariensis episcopus, in oratione sacri altaris, quam paene uniuersus frequentat Oriens, inter cetera : *Dona inquit domine, uirtutem ac tutamentum ;*
 310 *malos quaesumus bonos facito, bonos in bonitate conserua, omnia enim potes, et non est qui contradicat tibi ; cum enim uolueris saluas, et nullus resistit uoluntati tuae.* Ecce quam breuiter quamque districte doctor egregius olim huic controuersiae finem posuit, docens per hanc precem, non a seip-
 315 sis, sed a deo malos homines bonos fieri ; nec sua uirtute, sed diuinae gratiae adiutorio in ipsa bonitate perseuerare.

26. Similiter beatus Innocentius apostolicae sedis antistes, in epistula ad concilium Mileuitanum : *Omnia inquit studia et omnia opera ac merita sanctorum ad dei gloriam laudemque*
 320 *referenda sunt ; quia nemo ei aliunde placet, nisi ex eo quod ipse donauerit.* Quod diligentius manifestiusque in epistula sua ad papam Zozimum, replicantes, ipsius papae sententiam explicant Africana concilia dicentes : *Illud autem quod in litteris quas ad uniuersas prouincias curasti esse mittendas,*
 325 *posuisti, dicens : Nos tamen instinctu dei (omnia enim bona ad auctorem suum referenda sunt, unde nascuntur) ad fratrum et coepiscoporum nostrorum conscientiam uniuersa retulimus ; sic accipimus dictum, ut illos qui contra dei adiutorium extollunt arbitrii libertatem, districto gladio ueritatis uelut cursim transiens*
 330 *amputares. Quid enim tam libero fecisti arbitrio, quam quod uniuersa in humilitatis nostrae conscientiam retulisti ? Et tamen instinctu dei factum fideliter sapienterque uidisti, ueraciter fidenterque dixisti ; ideo utique quia praeparatur uoluntas a domino, et ut boni aliquid agant paternis inspirationibus, suorum ipse*
 335 *tangit corda filiorum : Quotquot enim spiritu dei aguntur, hi filii sunt dei, ut nec nostrum deesse sentiamus arbitrium, et in bonis quibusque uoluntatis humanae singulis motibus magis*

26. 333 paratur ... domino] Prou. 8, *35 (LXX). 335/336 Quotquot ... dei] Rom. 8, *14.

25. 300/312 BASIL. CAESAR., Orat. 'sacri altaris', fragm. — (cf. Altaner, 'Skyth.', HJ 72, p. 581 — TU 83, p. 506).

26. 318/321 PS.-INNOC. I, Epist. ad Mileuit. Concil. — PS.-CAELESTIN. I, Capitula ('Indiculus'), v, apud PROSP. AQVIT., Praet. Sedis Apost. episcoporum auctoritates de grat. dei (= append. ad CAELESTIN. I, Epist. XXI [ad episcopos Gall.]), VIII, (9) [PL 50, col. 533^A ; PL 51, col. 207^C ; etiam PL 45, col. 1757⁽¹⁾.-1758^(A) ; PL 84, col. 683^D ; PL 130, col. 751^D] ; et apud DIONIS. EXIG., Coll. decret., VIII [PL 67, col. 271^C]. 323/342 Afri episcopi, Epist. ad Zozim. — PS.-CAELESTIN. I, Capitula ('Indiculus'), v, apud PROSP. AQVIT., Praet. Sedis Apost. episcoporum auctoritates de grat. dei (= append. ad CAELESTIN. I, Epist. XXI [ad episcopos Gall.]), VIII, (9) - IX, (10) [PL 50, col. 533^{B-C} ; PL 51, col. 207^D-208^B ; etiam PL 45, col. 1758^{(A)-(B)} ; PL 84, col. 683^D-684^B ; PL 130, col. 752^{A-B}] ; et apud DIONIS. EXIG., Coll. decret., VIII-IX [PL 67, col. 271^C-272^A].

illius praeuenire non dubitemus gratiam : quod ita deus in cordibus hominum atque in ipso libero operetur arbitrio, ut
 340 *sancta cogitatio, pium consilium, omnisque motus bonae uoluntatis ex deo sit, quia per illum aliquid boni possumus, sine quo nihil possumus.*

27. His congrue beatissimus Caelestinus in epistula ad Gallos data : *Cum enim inquit sanctarum plebium praesules*
 345 *mandata sibi legatione funguntur apud diuinam clementiam, humani generis agunt causam, et tota secum ecclesia congemiscente postulant et precantur ut infidelibus donetur fides, ut idololatrae ab infidelitatis suae liberentur erroribus, ut Iudaeis, ablato cordis uelamine, lux ueritatis appareat, ut haeretici catholicae fidei perceptione respiscant, ut schismatici spiritum rediuiuae caritatis accipiant, ut lapsis paenitentiae remedia conferantur, ut denique catechumenis ad regenerationis sacramenta perductis, caelestis misericordiae aula reseretur. Haec autem non perfunctorie neque inaniter a domino peti rerum ipsarum*
 355 *monstrat effectus, quandoquidem ex omni errorum genere plurimos dignatur attrahere, quos eruens de potestate tenebrarum, transfert in regnum filii caritatis suae, et ex uasis irae facit uasa misericordiae. Quod adeo totum diuini operis esse sentitur, ut haec efficienti deo gratiarum semper actio laudisque confessio*
 360 *pro illuminatione talium uel correctione referatur. Rursus post pauca : His ergo inquit ecclesiasticis regulis et ex diuina sumptis auctoritate documentis, ita adiuuante domino confirmati sumus, ut omnium bonorum affectuum atque operum, et omnium studiorum omniumque uirtutum, quibus ab initio fidei ad deum*

341/342 cf. Ioh. 15, 5.

27. 336/337 *eruens ... suae* Col. 1, *13. 337/338 cf. Rom. 9, 22-23.

27. 344/346 PS.-CAELESTIN. I, Capitula ('Indiculus'), VIII, apud PROSP. AQVIT., Praet. Sedis Apost. episcoporum auctoritates de grat. dei (= append. ad CAELESTIN. I, Epist. XXI [ad episcopos Gall.]), XI (12) [PL 50, col. 535^B-536^A; PL 51, col. 209^C-210^A; etiam PL 45, col. 1759^B; PL 84, col. 685^{C-D}; PL 130, col. 753^{B-D}]; et apud DIONIS. EXIG., Coll. decret., XI [PL 67, col. 273^{A-C}]; cf. PROSP. AQVIT., De uoc. omn. gentium, I, XII [PL 51, col. 664^C-665^A; etiam PL 17, col. 1086^D-1087^A]. 361/370 PS.-CAELESTIN. I, Capitula ('Indiculus'), IX, apud PROSP. AQVIT., Praet. Sedis Apost. episcoporum auctoritates de grat. dei (= append. ad CAELESTIN. I, Epist. XXI [ad episcopos Gall.]), XII, (14) [PL 50, col. 536^B; PL 51, col. 210^{B-C}; etiam PL 45, col. 1759^B; PL 84, col. 686^{A-B}; PL 130, col. 754^A]; et apud DIONIS. EXIG., Coll. decret., XII [PL 67, col. 273^B].

27. 343 cf. MAXENT., Lib. fid., VII, (11) [supra, p. 12, 134/135].

365 *tenditur, deum profiteamur auctorem; et non dubitemus ab ipsius gratia omnia hominis merita praecueniri, per quem fit ut aliquid boni et uelle incipiamus et facere. Quo utique auxilio et munere dei non auferatur liberum arbitrium, sed liberatur, ut de tenebroso lucidum, de prauo rectum, de languido sanum, de im-*
 370 *prudenti sit prouidum.* Terminat autem idem magister hanc ipsam epistolam, atque concludit ita, dicens: *Quia ad confitendam gratiam dei, cuius operi ac dignationi nihil penitus subtrahendum est, satis sufficere credimus, quidquid secundum praedictas regulas apostolicae sedis nos scripta docuerunt, ut*
 375 *prorsus non opinemur catholicum, quod apparuerit praefixis sententiis esse contrarium.* Haec, sanctissimi, non quasi ignorantibus suggerere necessarium aestimauimus, sed ad confundendum eorum amentiam qui ea ut noua dogmata et penitus ecclesiis inaudita refugiant, huic paruitatis nostrae libello in-
 380 *serere utile iudicauimus.*

(EPILOGVS)

28. Quorum omnium sanctorum patrum imbuti doctrinis, anathematizamus Pelagium et Caelestium, simul etiam Iulianum Aeclanensem et qui illis similia sapiunt; praecipue libros Fausti Galliarum episcopi, qui de monasterio Lerinensi pro-
 385 *uectus est, quos contra praedestinationis sententiam scriptos esse non dubium est.* In quibus non solum contra horum omnium sanctorum patrum, uerum etiam contra ipsius apostoli traditionem ueniens, humano labori subiungit gratiae adiutorium, atque totam omnino Christi euacuans gratiam anti-
 390 *quos sanctos non ea gratia qua et nos, secundum quod docet beatissimus Petrus apostolus, sed naturae possibilitate saluatos impie profitetur.*

Petrus misericordia dei diaconus subscripsit.
 Ioannes misericordia dei monachus subscripsit.
 395 Leontius misericordia dei monachus subscripsit.
 Ioannes lector misericordia dei subscripsit.

386/387 cf. Phil. 2, 13.

(EPILOGVS)

28. 388/391 cf. Act. 15, 11.

371/376 ps.-CAELESTIN. I, Capitula ('Indiculus'), x, apud PROSP. AQUIT., Praet. Sedis Apost. episcoporum auctoritates de grat. dei (= append. ad CAELESTIN. I, Epist. XXI [ad episcopos Gall.]), XIII, (15) [PL 50, col. 537^{A-B}; PL 51, col. 212^A; etiam PL 45, col. 1760^A; PL 84, col. 686^{C-D}; PL 130, col. 754^C]; et apud DRONIS. EXIG., Coll. decret., XIII [PL 67, col. 274^B].

(EPILOGVS)

28. 383/384 libros Fausti] FAVST., De grat., I-II [CSEL 21, p. 3-98].

⟨RESCRIPTVM
EPISCOPORVM
AD SCYTHAS MONACHOS⟩

DILECTISSIMIS ET IN CHRISTI FIDE ATQVE GRATIA PLVRIMVM
AMPECTENDIS SANCTIS FRATRIBVS PETRO DIACONO, IOANNI,
LEONTIO ET ALII IOANNI, CETERISQVE FRATRIBVS, QVOS VNA
VOBISCVM IN CAUSA FIDEI ROMAM DIRECTOS LITTERIS INTI-
5 MASTIS, DATIANVS, FORTVNATVS, BOETHOS, VICTOR, SCHOLASTICVS, HORONTIVS, VINDICIANVS, VICTOR, IANVARIVS, VICTORIANVS, FONTIVS, QVODVVLTVS, FVLGENTIVS, FELIX ET IANVARIVS, IN DOMINO SALVTEM.

(PROLOGVS)

(I.) 1. Beatus frater noster Ioannes diaconus a uestra socie-
10 tate directus, litteras nobis quas misistis exhibuit, quibus recensitis, uestram simul alacres et fidem cognouimus et salutem; immo in agnitione fidei uestra nobis salus innotuit. Quae enim uera in hac uita salus est hominum, nisi recta in deum *fides quae per caritatem operatur*, per quam nos gratia diuina
15 saluatos apostolica testatur auctoritas, dicens : *Gratia salui facti estis per fidem, et hoc non ex uobis : dei donum est ; non ex operibus, ut ne quis extollatur*. Et quia caritas rectae fidei debet iugiter adhaerere, quae studio atque efficacia bonorum operum *cooperit multitudinem peccatorum*, ideo doctor
20 gentium in fide et ueritate, ne quid sibi humani tumoris auderet arrogancia uindicare, post commendationem fidei, per quam gratis salui facti sumus, operum quoque bonorum gratiam muneribus diuinae benignitatis assignans, subsequenter adiunxit : *Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu in*
25 *operibus bonis, quae praeparauit deus ut in illis ambulemus*. In eis uos deo dirigente ambulare, ipso rerum gaudemus effectum. *Sollicitudine quippe non pigri, et spiritu feruentes, quo deuotione laudabiliore domino seruitis, eo caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta* uos instigat pro
30 fidei communionem plenius agnoscenda nostri exilii secreta perquirere. Quia igitur *sermo dei non est alligatus*, qui *uiuus est et efficax*, idcirco nos quoque ea quae de incarnatione ac

(PROLOGVS)

(I.) 1. 13/14 Gal. 5, 6. 15/17 Eph. 2, *8-9. 17/19 1 Petr. 4, *8. 24/25 Eph. 2, 10. 27/28 Rom. 12, 11. 28/29 1 Tim. 1, 5. 31 11 Tim. 2, *9. 31/32 Hebr. 4, 12.

dispensatione domini nostri Iesu Christi, et de gratia (quae gratis indignis ita tribuitur, ut ipsa in nobis et exordium et
 35 profectum bonae uoluntatis operetur), canonicorum sancta auctoritate uoluminum, paternorum quoque dictorum doctrina atque institutione percipimus et tenemus, uestrae caritati rescripto indice demonstrabimus, confidentes in domino (a quo et fides infunditur, ut *corde credamus ad iustitiam*, et
 40 sermo datur, ut *ore confiteamur ad salutem*), quia nostrum pariter et sensum gubernabit et stilum, ut uestrae interrogationi talis reddatur nostra responsio, in qua et de incarnatione domini ea dicamus quae nostrae redemptionis continet ueritas; et de gratia dei ea loquamur quae nobis ipsa gratis infu-
 45 derit superna maiestas.

(DE INCARNATIONE DOMINI)

(II.) 2. Dicitis itaque uos : *Iuxta sanctorum patrum traditionem, dominum nostrum Iesum Christum in duabus naturis unitis et inconfusis, id est diuinitatis et humanitatis, in una persona siue subsistentia confiteri*. Vnde consequenter beatam
 50 quoque *Mariam proprie et secundum ueritatem* uos credere asseritis *genetricem dei*; eo quod scilicet *peperit uere et proprie deum uerbum incarnatum et hominem factum, atque essentialiter siue naturaliter carni unitum*. Haec ex epistulae uestrae tenore posuisse sufficiat. Ex his enim pendent cetera quae de
 55 incarnatione domini sermonis uestri professio comprehendit.

... ..

4. Verbum igitur dei, idemque uerbum deus, humanam carnem de carne matris accipiens, sic utique formam serui accepit, ut permanens *in forma dei*, aeternus atque incommutabilis deus per unitatem personae, in quam *formam serui ac-*
 115 *cepit*, fieri dignaretur ipse quod fecit. *In similitudinem* quippe *hominum factus, habitu est inuentus ut homo*, et incommutabilem habens de natura patris per omnia deitatem, creari dignatus est non creatus, et fieri uoluit ex muliere non factus a patre sed genitus; atque ita *uerbum caro factum est*, ut

89/40 Rom. 10, *10.

(DE INCARNATIONE DOMINI)

(II.) 4. 118 Phil. 2, 6. 114 Phil. 2, 7. 115/116 Phil. 2, 7. 119 Ioh. 1, 14.

(DE INCARNATIONE DOMINI)

(II.) 2. 46/40 СЧ҃ТН. МОН., Epist. ad episcopos, (II), 3 [CC 91 A, p. 552 = supra, p. 158, 33/36]. 49/88 СЧ҃ТН. МОН., Epist. ad episcopos, (III), 4 [CC 91 A, p. 552 = supra, p. 159, 53.56/59].

120 esset *unus mediator dei et hominum, homo Christus Iesus : qui est*
super omnia deus benedictus in saecula, unus et uerus dei
 atque hominis filius, unus idemque de patre sine initio deus
 semper genitus, de matre uero deus secundum carnem tem-
 poraliter conceptus et natus. Quam carnem non conceptam
 125 accepit unigenitus deus, sed in ea est deus ipse altissima hu-
 militate conceptus. Idem quippe deus creatus est in uirgine
 et de uirgine secundum carnem, qui sibi de qua et in qua
 crearetur, creauerat genetricem.

(III.) 5. Si autem deus uerbum sic in uirgine caro fieret, ut
 130 ex ea non fieret, procul dubio non de carne matris idem deus
 haberet substantiam carnis, essetque eius per uirginem
 transitus, atque ita nec mediatoris sacramentum nobis pro-
 ficeret ad salutem, sicut non humanae diuinaeque plenam in se
 Christus dei filius inconfusibiliter uniret substantiae uerita-
 135 tem. Hoc ergo medicinaliter usa est bonitas diuina remedio,
 ut ille *unigenitus deus, qui est in sinu patris*, non solum in
 muliere, sed etiam ex muliere fieret homo. Quod indubitanter
 diuinis credere atque confiteri iubemur oraculis.

(DE GRATIA DEI)

... ..

(XVII.) ...

35. Proinde si quis dicit : '*Meum est uelle credere, dei autem*
gratiae est adiuuare', mutet dictorum ordinem, immo non mutet
 955 ordinem, sed seruet, nec quod posterius est in priore loco, nec
 quod est prius in loco posteriore constituat. Male enim gratiam
 dei suae uoluntati postponit, cum ista bona esse non possit, si
 illa defuerit. Non ergo dicat : '*Meum est uelle credere, dei autem*
gratiae est adiuuare', sed dicat : '*Gratiae dei est adiuuare, ut*
 960 *sit meum uelle credere*'. Tunc enim uere recteque agit

... ..

(XXI.) 42. Miramur autem quosdam dicere : *Si nolentes*
deus facit ut uelint credere, nullus autem est qui naturaliter pos-

120 1 Tim. 2, 5. 120/121 Rom. 9, 5.

(III.) 5. 136 Ioh. 1, 18.

(DE GRATIA DEI)

(XVII.) 35. 953/954. 958/959 SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (VI), 19 [CC 91A, p. 558 = supra, p. 167, 253/254].

(XXI.) 42. 1171/1173 SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (VII), 20 [CC 91A, p. 559 supra, p. 168, 258/262].

sit credere in filio dei aut aliquid boni uelle quod pertinet ad uitam aeternam : cur ergo non facit omnes uelle, cum non
 1175 *sit personarum acceptor deus ?* Ex quibus uerbis, quae uestris litteris indita sunt, apparet eos minus considerare quod dicunt. Personarum quippe acceptio apud deum tunc esset, si (quemadmodum isti uolunt) in quolibet hominum aliquid inueniret bonae uoluntatis initium. Cum autem in nullo bonam
 1180 uoluntatem inuenit, sed eam gratis cui uoluerit ipse concedit, agnoscitur nulla apud eum esse personarum acceptio, quando gratuita est donantis in unoquoque largitio. Quod autem dicunt : *Cur non facit omnes uelle ?* : itane uero in nemine hoc facit, quia non in omnibus facit ? *An non habet potestatem*
 1185 *figulus luti ex eadem massa facere aliud uas in honorem, aliud quidem in contumeliam ?* Aut culpari potest iustitia in uasis irae, quae iuste pro meritis aptauit in interitum ; uel misericordia in uasis misericordiae, quae sine ullis meritis solo gratiae dono praeparauit in gloriam.

... ..

(XXVIII.) 55. Quod autem interrogant isti de deo dicentes : *Cur ergo non fecit omnes homines uelle credere, cum non sit personarum acceptio apud deum ?* : scire debent hoc in illis altioribus positum a quibus sancta scriptura humanae curiositatis coeret audaciam dicens : *Alliora te ne quaesieris, et fortiora te ne scrutatus fueris ; sed quae praecepit tibi dominus illa cogita semper.* Haec altiora ille qui usque in tertium caelum
 1345 *raptus* est, eo magis territus quo magis illuminatus expauit. Vnde magis clamare non cessat : *O altitudo diuitiarum sapientiae et scientiae dei ! Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, et inuestigabiles uiae eius ! Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit ? Aut quis prior dedit*
 1350 *illi, et retribuetur ei ? Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia ; ipsi gloria in saecula saeculorum.*

... ..

(XXIX.) ...

... ..

(XXI.) 42. 1184/1186 Rom. 9, *21.

(XXVIII.) 55. 1842/1844 Eccli. 3, *22. 1844/1848 II Cor. 12, 2. 1848/1851 Rom. 11, *33-36.

1183 SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (VII), 20 [CC 91A, p. 559 = supra, p. 168, 261].

(XXVIII.) 55. 1839/1848 SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (VII), 20 [CC 91A, p. 559 = supra, p. 168, 261/262].

57. ...

1610 Proinde hi qui uoluntatem dei qua *omnes homines uult saluos fieri*, aequalem circa redimendos et damnandos existimant, cum interrogati fuerint cur uelit deus *omnes homines saluos fieri*, nec tamen omnes salui fiant, quid respondebunt ?

1615 (XXX.) 58. An illud quod eos dicere uestra testatur epistula, id est, quia deus *expectat hominis uoluntatem, ut aequum sit in uolentibus praemium, in nolentibus autem iusta damnatio* ? Sed ut prolixitatem uitantes omittamus alia quae possunt pro ueritate fidei huic prauae sententiae replicari, ...

... ...

(EPILOGVS)

(EPILOGVS.) 67. Habetis, dilectissimi fratres, tam de incarnatione domini nostri Iesu Christi quam de gratia paucis expressam fidei nostrae confessionisque sententiam, qua certissime continetur

... ...

(XXIX.) 57. 1010/1011 1 Tim. 2, 4. 1013 1 Tim. 2, 4.

(XXX.) 58. 1010/1018 ССҢН. МОН., Epist. ad episcopos, (VII), 20 [CC 91A, p. 559 = supra, p. 168, 266/268].

(SCYTHAE MONACHI)
(A) DISPVTATIO
XII CAPITVLORVM

(B) REFVTATIO
NESTORII DICTORVM
(IN COLLECTIONE
QVAE DICTVR
"PALATINA" PRIMARIA)

(c) EPILOGVS
COLLECTIONIS

IOANNIS TOMITANAE VRBIS EPISCOPI

DISPVTATIO
DE NESTORIANIS
ET EVTYCHIANIS
(IN CALCE COLLECTIONIS
"PALATINAE" PRIMARIAE)

MONITVM

Codices ⁽¹⁾ :

A. *Collectio 'Palatina'.*

P : VATICANO, CITTÀ DEL, *Bibliotheca Apostolica Vaticana*,
: Palat.lat.234. s. IX. f. 1-93 ⁽²⁾
(Lorsch).

(*B*) : BEAUVAIS, *Chapitre*,
: codex deperditus ⁽³⁾
(apographon codicis *P*).

B. *Epilogus collectoris et Ioannis Tomitani disputatio.*

C : ROMA, *Biblioteca Casanatense*,
: 2010 (B.V.17). s. XI. f. [166^v] 168^v - [167^v] 169^v ⁽⁴⁾
(Farfa uel Roma).

C. *Ioannis Tomitani disputatio.*

L : OXFORD, *Bodleian Library*,
: Laud.misc.92. s. IX^a f. 174-175 ⁽⁵⁾
(Sankt-Kylian, Würzburg).

Editiones :

A. *Collectio 'Palatina'.*

Garnier : *Marii Mercatoris, s. Augustino aequalis, opera quaecumque
extant, prodeunt nunc primum studio Ioannis GARNERII*
(Parisiis, 1673)
(ex uno codice *B*).

Baluze : *Marii Mercatoris opera. Stephanus BALUZIIUS ... emendauit
et illustrauit* (Parisiis, 1684)
(e codicibus *P* et *B*).

Migne : MIGNE, J.P., *Patrologiae Cursus completus, Series Latina*,
XLVIII (Lutetiae Parisiorum, 1846), col. 61-1088
("Marii Mercatoris, s. Augustino aequalis, opera omnia")
(ex editionibus *Garnier* et *Baluze*).

(1) Codicis *P* lectiones afferimus ex editione *Schwartz*; tamen, pro solo collectoris epilogo, ipsius codicis *P* ff. 92^v-93 denuo inspeximus in plagulis photographiis. Codicis *L* lectiones afferimus ex editione *Morin*. Codicem *C* ipsi contulimus in plagulis lumine depictis. Gratias agimus reu^o. R. WEIJENBORG, pro plagulis photographiis ad nos delatis.

(2) Cf. SCHWARTZ, E., *Collect.*, p. 1-IV; — ACO IV, III-1, p. 63. — Cf. supra, p. XLIV.

(3) Cf. LOOFS, F., *Nestoriana* (Halle a. S., 1905), p. 35; — ACO IV, III-1, p. 74.

(4) Cf. supra, p. XLIV.

(5) Olim coniunctus codici Laud.misc.580, qui continet opuscula Maxentii; — cf. ACO IV, III-1, p. 33. — Cf. supra, p. XLII.

Schwartz : SCHWARTZ, Eduardus, *Acta Conciliorum Oecumenicorum*, I, v-1 (Berolini et Lipsiae, 1924), "Collectio Palatina, siue qui fertur Marius Mercator", p. 1-181 (collectio primaria)
(e codice *P* et editionibus *Garnier* et *Baluze*).

11. *Epilogus collectoris et
Ioannis Tomitani disputatio.*

Haec nostra editio princeps est tum Epilogi collectoris cum et sequentis Ioannis Tomitani Disputationis in unum redactorum. Nam cum hucusque "collectionis forma primaria integra iam non exstiterit — defuerunt enim quos se sermones Ioannis episcopi Tomorum propositurum esse collector promisit" ⁽⁶⁾ —, et licet G. Morin separatim a collectione nuper illa Ioannis nostri dicta repperit ⁽⁷⁾, nunc primum ea cum Scythae monachi epilogo iuncta nuper reperta sunt a reu^o. R. Weijenburg, in collectione quadam in cv capitulis "de episcoporum transmigratione et quod non temere iudicentur : regulae quadraginta quattuor ex chronica graeca" ⁽⁸⁾. Laudes ago et grates gratiasque habeo felici inuentori, qui diligenter urbanissimeque mihi hunc textum inter opuscula Scytharum monachorum critice edendum concedit tradiditque. Quem textum *C* nunc cum illo codicis *P* (in Scythae collectoris epilogo), tunc cum isto codicis *L* (in Ioannis dictis) collocantes atque horum utrique aequiparantes, infra edimus. Videtur nobis recensionem *C* propius primariae accedere ⁽⁹⁾.

c. *Ioannis Tomitani disputatio.*

Morin : MORIN, G., *Le témoignage perdu de Jean évêque de Tomi sur les hérésies de Nestorius et d'Eutychès* : JTS 7 (Oxford, 1906), p. 75-77
(e codice *L*).

PLS 2 : *Patrologiae Cursus completus, Series Latina. Supplementum* (accurante A. HAMMAN), II**** (Paris, 1962), col. 1585-1586
(ex editione *Morin*).

(6) SCHWARTZ, E., *Collect.*, p. xiv.

(7) MORIN, G., *Jean*.

(8) Cod. C, f. [140 v] 142 v sqq.

(9) Cf. supra, p. xxxix-xl adnot. 122-129.

(SCYTHAE MONACHI)
 COLLECTIO
 QVAE DICTVR
 "PALATINA" PRIMARIA

I-II

(DE NOMINE RVFINI)

INCIPIT EPISTVLA ANASTASII ROMANAE VRBIS EPISCOPI AD
 IOANNEM EPISCOPVM HIEROSOLYMORVM, SVPER NOMINE
 RVFINI.

(1.) Probatae quidem affectionis est, haec ut de sacerdote sacerdos loqua-
 ris ... (*ACO I, v-1, p. 3¹-4²² ; PL 48, col. 231^c-240^d*) ... ipse denique uiderit
 ubi possit absolui.

Explicit.

INCIPIT DE FIDE.

(2.) Propter uenerationem sanctorum locorum Hierosolymam et Beth-
 10 leem uenimus ... (*ACO I, v-1, p. 4²²-5²⁷ ; PL 48, col. 239^c-254^d*) ... secun-
 dum exemplum primi hominis a deo cottidie fieri, anathema sint.

Finit de fide.

<EXPLICIT> DE NOMINE RVFINI.

III

(COLLECTIO LIBRORVM MARI MERCATORIS)

(a)

COMMONITORIVM LECTORI ADVERSVM HAERESIM PELAGII
 ET CAELESTII VEL ETIAM SCRIPTA IVLIANI, A MARIO MERCA-
 TORE SERVO CHRISTI.

I-II. (1.) 4/6 ANAST. I, Epist. ad Ioan. Hierosol. (cf. CPL n. 1640 ; ACO IV, III-1, p. 107).

(2.) 9/11 PS.-RVFIN., Libell. de fide (cf. CPL n. 199 ; ACO IV, III-1, p. 423-424).

I-II. (inscr.) 8 DE FIDE] *restitui* (cf. *infra*, lin. 12), PROPTER FIDEM P (*fort. pri-
 mum inscriptione omissa ad initium Propter [lin. 9] perrexerit librarius*).

(Expl.) 12 Explicit] *supplendi, om. P.*

<Prologus.>

- 5 (3.) Quaestio contra catholicam fidem apud nonnullos Syrorum et praecipue in Cilicia ... (*ACO I, v-1, p. 7³⁰-7³⁷* ; *PL 48, col. 109^A-122^A*) ... non sophismatum arte, confutamus, conuincimus et deflemus.

Finit prologus.

NVNC VERBA IULIANI.

- 10 (4.) Ex libro eius primo ad Florum, capitulo cxii, ita :

Sed currant ad eum, qui clamat : "Iugum meum suaue est ..." (*ACO I, v-1, p. 7³⁸-8²³* ; *PL 48, col. 121^C-124^A*) ... quis te non exhorreat et tamquam letale uirus fngiat haec scribentem ?

(5.) Item, in libro II, capitulo xvii, uerba Iuliani :

- 15 Verum imbecillum caecae opinionis patrocinium multiplicat peccata ... (*ACO I, v-1, p. 8²³-30* ; *PL 48, col. 124^B-125^A*) ... principatum tenere et habere cum impietate delirat.

(6.) Item, in eodem capitulo, paulum infra, uerba Iuliani :

- Ostensum est ergo nihil posse per scripturas sanctas probari, quod
20 iustitia non possit tueri ... (*ACO I, v-1, p. 8³⁰-9¹⁰* ; *PL 48, col. 125^A-126^A*)
... ad fidem recurritur, ut eius auctoritate salus aeterna quaeratur ?

(7.) Item, in eodem libro, capitulo lviii, uerba Iuliani :

- Aut si forte, quoniam aliter dogma tuum stare non potest ... (*ACO I, v-1, p. 9¹¹-30* ; *PL 48, col. 126^A-132^A*) ... non ausus es ulterius censurae tuae ulla
25 dolori eius inferre molestias.

III.a. (3.)-(14.) 5/65 MAR. MERCAT., Commonit. adu. haer. Pelag. et Caeclest. (cf. CPL n. 780 ; *ACO IV, III-1, p. 338, 1*).

(4.) 11/13 IULIAN. AECLAN., Ad Florum [apud Avg., C. sec. Iulian. resp. imperf. op., I, cxi] (cf. CPL n. 773 ; *ACO IV, III-1, p. 300, 2 [a]*).

(5.) 15/17 IULIAN. AECLAN., Ad Florum [apud Avg., C. sec. Iulian. resp. imperf. op., II, xvi] (cf. CPL n. 773 ; *ACO IV, III-1, p. 301, 2 [b]*).

(6.) 19/21 IULIAN. AECLAN., Ad Florum [apud Avg., C. sec. Iulian. resp. imperf. op., II, xvi] (cf. CPL n. 773 ; *ACO IV, III-1, p. 301, 2 [c]*).

(7.) 23/25 IULIAN. AECLAN., Ad Florum [apud Avg., C. sec. Iulian. resp. imperf. op., II, lviii] (cf. CPL n. 773 ; *ACO IV, III-1, p. 301, 2 [d]*).

III.a. (inscr.) 4 Prologus] supplauit (cf. infra, lin. 8), om. P.

(8.) Item, in eodem libro, capitulo LIX, uerba Iuliani :

Non enim dictum est 'erunt duo homines in uno homine', sed : "Erunt duo in carne una" ... (*ACO I, v-1, p. 9²⁷-10¹¹ ; PL 48, col. 133^A-135^A*) ... quod nascitur ex uitio, uitiatum est, et iure medico et redintegratore indiget
30 Christo.

(9.) Item, in eodem libro, capitulo LXII, uerba Iuliani :

Ille quippe non dixit peccatum transisse, sed mortem, utique iudicii illatam seueritate ... (*ACO I, v-1, p. 10¹²-10¹³ ; PL 48, col. 135^A-136^B*) ... quam nec causa sua secuta est, nec, ut dicis, transiit in quemquam lapsum ?

35 (10.) Hic tibi de manibus, ut ita dixerim, cecidit illud condiscipuli tui Caelestii egregium definitum : "Quoniam peccatum Adae ipsum solum laesit, et non genus humanum". Hic est Caelestius, unus ex illis quibus, in tui operis libro primo de quattuor ad Turbantium, haec ais :

Doctores nostri temporis, frater beatissime Turbanti, ... (*ACO I, v-1, 40 p. 10¹⁶-11⁴¹ ; PL 48, col. 137^A-140^B*) ... diligenti inuestigatione in lucem pertraham Christianis populis exponendum.

(11.) Audi nunc et tu et qui me et te dignanter habuerint legere ... (*ACO I, v-1, p. 11⁴²-12²⁰ ; PL 48, col. 140^B-143^B*) ... male igitur dictum est : "Siue peccaret siue non peccaret, fuisse moriturum".

45 (12.) Calumniatum me tibi ne uel quisquam uel tu ipse dicas, contra haec te postmodum non sensisse definita, audi iterum quid uerbis tuis, in libro tuo, de quo agimus, teneatur capitulo LXV :

"Intrauit" igitur, secundum apostolum, "per unum hominem peccatum ..." ... (*ACO I, v-1, p. 12⁴⁰-13³⁰ ; PL 48, col. 143^B-146^A*) ... cum uerborum
50 crepitaculis magis quam ullis declamationibus studium inane dependis.

(8.) 27/30 IULIAN. AECLAN., Ad Florum [apud AVG., C. sec. Iulian. resp. imperf. op., II, LIX] (cf. CPL n. 773 ; ACO IV, III-1, p. 301, 2 [e]).

(9.) 32/34 IULIAN. AECLAN., Ad Florum [apud AVG., C. sec. Iulian. resp. imperf. op., II, LXIII] (cf. CPL n. 773 ; ACO IV, III-1, p. 301, 2 [f]).

(10.) 30/41 IULIAN. AECLAN., Ad Turbantium [apud AVG., De nupt. et concup., II, III, 7] (cf. CPL n. 774 ; ACO IV, III-1, p. 301, 3 [a]).

(11.) 42/44 IULIAN. AECLAN., Epist. ad Zosim., frg. 1.3.5-7 (cf. CPL n. 775 ; ACO IV, III-1, p. 299-300, 1 [a].[c].[e]-[g]).

(12.) 48/50 IULIAN. AECLAN., Ad Florum [apud AVG., C. sec. Iulian. resp. imperf. op., II, LXVI ; LXVI-LXVIII] (cf. CPL n. 773 ; ACO IV, III-1, p. 301, 2 [g]-[h]).

(13.) Vellem autem te pressius interrogare de morte cuiusque modi quid sentias ... (*ACO I, v-1, p. 13²¹-14¹⁶*; *PL 48, col. 146^A-148^B*) ... proferamus interim et alia tua, quae cum magna execratione uitemus.

(14.) Item, ex libro tertio, de quattuor ad Turbantium editis, prope 55 principia capituli tertii, uerba Iuliani :

Quia gratiam baptismatis dicimus non pro causis esse mutandam ... (*ACO I, v-1, p. 14¹⁷-18²⁴*; *PL 48, col. 148^B-158^B*) ... "... sed iudicium dei manet super eum".

Heia, praeceps, admitte ut sine baptismo paruulus hanc habet uitam. 60 Haesisti, ut credo, hic et "in eodem luto haerendo uersuram soluis" ... (*ACO I, v-1, p. 18²⁴-19⁴*; *PL 48, col. 158^{B-D}*) ... uosque adhuc pati garrire ex negligentia sacerdotum non ultima poena est ?

Habes, ut credo, quod te tangat et stimulet. Sed si iterum commoueris ... (*ACO I, v-1, p. 19⁵-23¹⁶*; *PL 48, col. 159^A-172^A*) ... tibi que coaptabit 65 dictum hoc : "parturisse te montes, unde nasceretur ridiculus mus".

(b)

<Incipit epistula Marii Mercatoris.>

(15.) Marius Mercator Christi seruus, lectori conseruo suo salutem.

Graecus sermo Theodori est, quondam episcopi ... (*ACO I, v-1, p. 23¹⁷⁻²⁸*; *PL 48, col. 1041^D-1044^B*) ... quia magis defendendus est, quam ullo odio persequendus.

NVNC EXPOSITIO PRAEVAE FIDEI THEODORI SVPRÀ SCRIPTI.

(16.) Qui aut nunc primum in ecclesiasticis erudiuntur dogmatibus ...

(13.) 51/53 IVLIAN. AECLAN., Dicta in quadam disput. publ. (fragmenta) (cf. CPL n. 775a; *ACO IV, III-1, p. 302, 4*).

(14.) 56/58 IVLIAN. AECLAN., Ad Turbantium [apud AVG., C. Iulian., III, III, 8 (a-b)] (cf. CPL n. 773; *ACO IV, III-1, p. 301-302, 3 [a]-[c]*); — IVLIAN. AECLAN., Epist. ad Zosim., frg. 8.2.4 (cf. CPL n. 775; *ACO IV, III-1, p. 300, 1 [h].[b].[d]*); — IVLIAN. AECLAN., Ad Florum [apud AVG., C. sec. Iulian. resp. imperf. op., II, LXVI; LXVI-LXVIII] (cf. CPL n. 773; *ACO IV, III-1, p. 301, 2 [g]-[h]*).

III.b. (15.) 2/5 MAR. MERCAT., Transl. Exposit. fid. (ps.-) Theodori Mops., Praef. (Epist. ad lectorem) (cf. *ACO IV, III-1, p. 340, 11 [a]*).

(16.) 7/9 (ps.-) THEOD. MOPS., Exposit. fid. (transl. MAR. MERCAT.) (cf. CPG II n. 3871; *ACO IV, III-1, p. 340, 11 [b]*; p. 468, 15).

III.b. (inscr.) † Incipit ... Mercatoris] *suppleni, om. P.*

(ACO I, v-1, p. 23²⁹-23³⁰ ; PL 48, col. 1043^B-1046^B) ... atque adeo omnis, qui contra haec sentit, anathema sit.

10 <Refutatio a Mario Mercatore.>

(17.) Immo nos tibi catholici dicimus, qui talia ore impurissimo et lingua scelestissima protulisti, ... (ACO I, v-1, p. 23³¹-28⁹ ; PL 48, col. 1045^B-1050^A) ... qui substantialiter filius dei, unum cum patre et spiritu sancto, deus unus in trinitate, semper et in saecula.

15 Finit.

ITEM ALIA EPISTVLA.

(18.) Item Marius Mercator seruus Christi, lectori conseruo salutem.

Samosateni Pauli atque Nestorii est ista non minus impia quam uana doctrina ... (ACO I, v-1, p. 28¹⁰⁻¹¹ ; PL 48, col. 773^A-774^B) ... tamquam 20 alienus et extorris ab ecclesiastica fide, iure damnatus est.

Finit.

(c)

ITEM ALIA.

(19.) Item Marius Mercator seruus Christi, lectori conseruo suo et paris in domino fidei salutem.

Nestorii, quondam episcopi Constantinopolitanae urbis ... (ACO 5 I, v-1, p. 28¹⁰⁻¹¹ ; PL 48, col. 773^B-776^A) ... simplex ueritatis semper grata est pulchritudo.

NUNC HIC EIVS PRIMVS IMPIETATIS IN ECCLESIA AD POPVLVM SERMO EST — in quo de incarnatione dominica male lapsus infelicitur corruit :

10 (20.) Doctrina pietatis est sensorum in ecclesia intentio ... (ACO I, v-1,

(17.) 11'14 MAR. MERCAT., Refut. Exposit. fid. (ps.-) Theodori Mops. (cf. ACO IV, III-1, p. 341, 11 [c]).

(18.) 17'20 MAR. MERCAT., Compar. dogmatum Pauli Samosat. et Nestorii (Epist. ad lectorem) (cf. ACO IV, III-1, p. 339, 3).

III.c. (19.) 2'6 MAR. MERCAT., Transl. v sermonum Nestorii, Praef. (Epist. ad lectorem) (cf. ACO IV, III-1, p. 339, 8 [a]).

(20.) 19'18 NESTOR., Serm. IX [frg. 100 : F. Loofs, 'Nestoriana. Die Fragmente des Nestorius', Halle a. S., 1905, p. 36] (transl. MAR. MERCAT.) (cf. CPG III n. 5698 ; ACO IV, III-1, p. 339, 8 [b] ; p. 362, 23 [a] ; p. 364, 23 [r] ; p. 365, 23 [aa]).

p. 29¹⁷-30¹¹ ; PL 48, col. 757^A-761^A) ... sine generationis narratione. Non, uir optime, Maria peperit deum — "quod enim de carne natum est caro est" — ; non peperit creatura eum, qui est increabilis ; non recentem de uirgine deum uerbum genuit pater — "in principio erat enim uerbum", sicut
 15 Ioannes ait — ; non peperit creatura increabilem, sed peperit hominem deitatis instrumentum ... (ACO I, v-1, p. 30¹¹⁻²⁴ ; PL 48, col. 761^A-763^A) ... unam factam esse dignitatem : "Iesus, inquit, heri et hodie, idem ipse et in saecula saeculorum".

Finit.

20 ITEM TRACTATVS ALIVS.

(21.) Contumelias quidem in me haereticorum arbitror tamquam infantum apinas ... (ACO I, v-1, p. 31¹-37¹⁰ ; PL 48, col. 789^B-800^C) ... Theodochon dico, non theotocon, 'ch' litteram, non 'cappa' exprimi uolens ... (ACO I, v-1, p. 37¹⁰⁻²⁷ ; PL 48, col. 800^C-801^B) ... "Sicut in Adam omnes
 25 moriuntur, ita in Christo omnes uiuificabuntur". Ipsi gloria in saecula saeculorum.

Finit.

ITEM TRACTATVS ALIVS.

(22.) Plausus amatores Christi populos his conferre, qui pro beata Maria
 30 impendunt sermonis officium ... (ACO I, v-1, p. 37²⁰-39¹⁸ ; PL 48, col. 782^A-785^C) ... nouitatis praesumptionem putare, sed ueritatis eam magis gloriam iudicare.

Explicit.

ITEM EIVSDEM SERMO IN ECCLESIA HABITVS POSTQVAM LIT-
 35 TERAS CAELESTINI ROMANI EPISCOPI ET CYRILLI ALEXANDRI-
 NI DENVNTIATIONIS ACCEPIT VIII. IDVS DECEMBRIS, CONSŌ-
 THEODOSII XIII. ET VALENTINIANI III. AVG. POST SEXTVM
 DIEM QVAM EASDEM LITTERAS SVMP SIT.

(23.) Dulcem nobis praecedens doctor mensam caritatis apposuit ...

(21.) 21²⁰ NESTOR., Serm. x [frg. 101 : Loofs, o.c., p. 36] (transl. MAR. MERCAT.) (cf. CPG III n. 5699 ; ACO IV, III-1, p. 339, 8 [c] ; p. 365, 24 [b]) ; — NESTOR., Serm. ix [frg. 101 : Loofs, o.c., p. 36] (transl. MAR. MERCAT.) (cf. CPG III n. 5698 ; ACO IV, III-1, p. 363, 23 [e]) ; — NESTOR., Serm. x [frg. 101 : Loofs, o.c., p. 36] (transl. MAR. MERCAT.) (cf. CPG III n. 5699 ; ACO IV, III-1, p. 366, 24 [k]) ; — NESTOR., Serm. x [frg. 101 : Loofs, o.c., p. 36] (transl. MAR. MERCAT.) (cf. CPG III n. 5699 ; ACO IV, III-1, p. 368, 24 [aa]).

(22.) 20/32 NESTOR., Serm. xxvii [frg. 102 : Loofs, o.c., p. 36] (transl. MAR. MERCAT.) (cf. CPG III n. 5716 ; ACO IV, III-1, p. 340, 8 [f] ; p. 375, 35).

(23.) 30/40 NESTOR., Serm. xviii [frg. 103 : Loofs, o.c., p. 36] (transl. MAR. MERCAT.) (cf. CPG III n. 5707 ; ACO IV, III-1, p. 340, 8 [d] ; p. 374, 32).

- 40 (*ACO I, v-1, p. 39¹⁹-41²⁴ ; PL 48, 848^a-855^b*) ... Paulus ac Photinus, o
omnium imprudentissime, nesciunt filii duas naturas, nesciunt deum et
hominem; dissentiunt autem sibi inuicem ita: Paulus quidem in eo,
quod dicit Christum hominem solum, et tunc solum initium habere ex quo
de uirgine natus est. Ego autem tibi ideo hic resisto ... (*ACO I, v-1, p. 41²⁴-*
45 *45²⁸ ; PL 48, col. 855^b-862^b*) ... "Quae didicistis et audistis et accepistis et
uidistis in me, haec agite, et deus pacis erit uobiscum".
Finit.

ITEM INCIPIT EIVSDEM, DIE ALTERA, ID EST DOMINICA.

- (24.) Alii in terra sit aliarum utilitas rerum, et quibusdam quidem in
50 militia degere ... (*ACO I, v-1, p. 45²⁸-46^a ; PL 48, col. 862^c-863^b*) ...
conuncupare naturam. Hinc beatus Matthaeus, euangeliorum conscriptor,
cum ad generationis uenisset arcanum, a neutra natura generationis facit
narrationem, sed magis a Christi uocabulo. Oportet autem etiam expresse
dicere ... (*ACO I, v-1, p. 46^a-20 ; PL 48, col. 863^b-864^c*) ... horum memo-
55 riam per omnia possidete in Christo. Cui est gloria in saecula saeculorum.
Finit.

(d)

ITEM EIVSDEM EPISTVLA AD CYRILLVM ALEXANDRINVM
EPISCOPVM RESCRIBENTIS, SIMILITER EX GRAECO SERMONE
TRANSLATA.

- (25.) Iniurias quidem aduersum nos admirabilium litterarum ... (*ACO I,*
5 *v-1, p. 46²⁷-49³⁰ ; PL 48, col. 818^b-827^a*) ... "Nos talem consuetudinem non
habemus neque ecclesia dei". Ipsi gloria in saecula saeculorum.

(e)

NVNC EXEMPLVM EPISTVLAE CYRILLI EPISCOPI ALEXANDRI-
NI AD EVNDEM NESTORIUM, EX GRAECO IN LATINVM — cui
impiissime contradicens idem Nestorius respondendum esse
putauit, sicut superius continetur.

- 5 (26.) Garriunt quidem, sicut audio, quidam de existimatione mea apud
religionem tuam ... (*ACO I, v-1, p. 49³⁷-51³⁷ ; PL 48, col. 804^c-808^b*) ...

(24.) 40/55 NESTOR., Serm. XIX [frg. 104 : Loofs, o.c., p. 36] (transl. MAR. MERCAT.) (cf. CPG III n. 5708 ; ACO IV, III-1, p. 340, 8 [e] ; p. 374, 33).

III.d. (25.) 4/6 NESTOR., Epist. ad Cyrill. Alex. 2 [frg. 105 : Loofs, o.c., p. 36] (transl. MAR. MERCAT.) (cf. CPG III n. 5669 ; ACO IV, III-1, p. 339, 7 ; p. 353, 8).

III.d. (26.) 5/8 CYRILL. ALEX., Epist. IV (ad Nestorium 2) (transl. MAR. MERCAT.) (cf. CPG III n. 5304 ; ACO IV, III-1, p. 171, 40 ; p. 339, 4 [b]).

concordiae caritatisque uinculum indissolubile permaneat inter sacerdotes dei.

Finit.

(f)

ITEM EIVSDEM EPISTVLA AD EVNDEM NESTORIVM [EPISTVLA SECVNDA], EX GRAECO SERMONE.

(27.) Venerabiles uiri ac fide digni, Alexandriam uenientes, rettulerunt nobis aegre ferre religionem tuam ... (*ACO I, v-1, p. 51²⁸-52²⁸ ; PL 48, col. 801^B-804^A*) ... quia librum composui etiam ante ordinationem uenerationis tuae.

Saluta fraternitatem quae apud te est ; te in domino qui nobiscum sunt, salutant.

Explicit.

(g)

ITEM EIVSDEM EPISCOPI CYRILLI AD CLERICOS SVOS CONSTANTINOPOLIM CONSTITVTOS, EX GRAECO SERMONE.

(28.) Legi litteras missas a uobis, quibus didici quia inuidi nostri, conueniendo uos, fingeant ... (*ACO I, v-1, p. 52²⁸-55⁵ ; PL 48, col. 808^C-817^B*) ... et laborare et uiuere et mori maximum uotum est.

Explicit.

(h)

ITEM NESTORII DE DIVERSIS EIVS LIBRIS VEL TRACTATIBVS EXCERPTA AB EPISCOPO CYRILLO CAPITVLA, EX GRAECO A NOBIS IN LATINVM VERSA.

(29.) Ita de codice confecto, quaternione xxvi, inter cetera et infra :

5 Oportet nosse nos — modo enim uenio in recordationem concilii Nicaeni —, quod nusquam ausum est dicere quia uerbum deus natus est ex uirgine

III.f. (27.) 3 8 CYRILL. ALEX., Epist. II (ad Nestorium 1) (transl. MAR. MERCAT.) (cf. CPG III n. 5302 ; ACO IV, III-1, p. 171, 39 ; p. 339, 4 [a]).

III.g. (28.) 3 5 CYRILL. ALEX., Epist. X [frg. 79.97.98 : Loofs, o.c., p. 30.33] (transl. MAR. MERCAT.) (cf. CPG III n. 5309 ; ACO IV, III-1, p. 180, 66 ; p. 339, 5 ; 365, 24 [a] ; p. 368, 24 [bb]. [cc] ; p. 370, 28 [a]. [b]).

III.b. (29.) 3 35 NESTOR., Serm. XVII [frg. 106-108 : Loofs, o.c., p. 37] (transl. MAR. MERCAT.) (cf. CPG III n. 5706 ; ACO IV, III-1, p. 340, 10 ; p. 373-374, 31 [a]. [h]. [i]).

III.f. (inscr.) 1. 2 EPISTVLA SECVNDA] *siclus. Schwartz.*

III. g (28.) 5/8 mori ... explicit] *scripsi*, mori ... *ἐξπί P*, mori ... (*om. explicit*) *Migne*, mori ... *experiri Schwartz.*

Maria ; ait enim, inquit : "Credimus in unum patrem omnipotentem, et in unum dominum Iesum Christum". Attendite quia, prius cum posuissent Christum, quod duarum nomen naturarum demonstrat, non dixerunt
 10 'in unum deum uerbum', sed acceperunt nomen, quod significaret utrumque, ut subdescendendo, cum audis "mortem", nulla nouitate turberis ; cum "crucifixum et sepultum", tamquam deitate ista patiente non uulneris auditu. Deinde uideamus quod illi subiungant ; ait : "Credimus et in unum dominum Iesum Christum, unigenitum, qui de deo patre natus
 15 est, consubstantium patri ; qui propter nos descendit ; incarnatus est de spiritu sancto". Non dixerunt, inquit, 'qui natus est de spiritu sancto' ; uidēs quemadmodum interpretentur subdescendendo, quia dixerant 'hominem factum' ? Hunc, inquit, dicimus incarnatum, non mutabilitatem in carne sustinente diuina natura, sed inhabitationem quam gessit in
 20 homine, demonstrante.

Et post aliquanta, in eodem :

Hoc retinete mihi, inquit, quoniam, praetermittentes dicere 'Credimus in deum uerbum, filium eius unigenitum', dixerunt : "Credimus in unum dominum Iesum Christum, consubstantium patri, deum uerum de deo
 25 uero, per quem omnia facta sunt ; qui propter nos homines et nostram salutem, descendit ; atque incarnatus est de spiritu sancto ex Maria uirgine, et homo factus est". Nusquam dixerunt 'natus est'. Cur ? Putamus, ut non duas natiuitates introducerent deitatis.

Item in eodem, post aliquanta, uolens liquido demonstrare quoniam,
 30 quando filii nomen ponitur, non omni modo uerbum illud significet quod de deo est, sed tamquam commune nomen introducitur :

Sic enim, inquit, dicit scriptura : "Misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege". Hic quidem duas demonstrat naturas, quod autem tantum circa hominem contigit, narrat. Exige certe a contentioso, quis sub
 35 lege sit factus : uerbum deus ? Nequaquam.

Item ex codice altero, in quaternione ... (*ACO I, v-1, p. 55^a-59^{ab} ; PL 48, col. 897^a-902^b*) ... in me manet et ego in eo".

Item ex alio tractatu, quaternione xxxi :

86 87 NESTOR., Serm. i ; iii ; iv ; v ; vi ; vii ; viii ; ix ; x ; xii ; xiii ; xv [frg. 21a.49.50.57a.57b.58.66.88.109-125 ; Loofs, o.c., p. 17.26-28.31.37-39] (transl. MAR. MERCAT.) (cf. CPG III nn. 5690 ; 5692-5699 ; 5701 ; 5702 ; 5704 ; ACO IV, III-1, p. 355, 15 [a]. [c] ; p. 356, 17 [a]. [c] ; p. 357, 18 [a] ; 19 [a]. [c] ; p. 358, 19 [f] ; p. 360, 20.21 ; p. 361, 22 [a] ; p. 363, 23 [f]. [h] ; p. 364, 23 [o] ; p. 366, 24 [d] ; p. 367, 24 [m] ; p. 370, 26 [a] ; 27 ; p. 371, 29 [b]. [d]).

Hoc autem dico, ut noueritis quam superexcellens et summa quaedam
 40 deitatis coniunctio exsistebat etiam in infante ipso, cum dominica caro
 conspicitur. Erat enim ipse et infans et infantis ipsius dominus. Laudastis
 uocem, sed indiscusse nolo faucatis ... (*ACO I, v-1, p. 59⁹⁹-60⁴ ; PL 48,*
col. 902^D-904^A) ... hic, inquam, spiritus, qui tam magnam gloriam Christo
 donauit, esse ab his asseritur seruus.

(i)

<Nestorii tractatus contra haeresim Pelagii seu Caelestii.>

<Praefatio Marii Mercatoris.>

(30.) ITEM EIVSDEM CONTRA HAERESIM PELAGII SEV CAELESTII — contra
 quorum prauam et impiam definitionem, quamuis recte sentiret et doceret
 5 ... (*ACO I, v-1, p. 60¹⁵-16 ; PL 48, col. 183^B-186^A)* ... a ducentis septuaginta
 et quattuor episcopis iterum iterumque damnati sunt.

NUNC ITAQVE HIC CONTRA EOS, EODEM IULIANO CVM COM-
 PPLICIBVS SVIS IN CONSTANTINOPOLITANA VRBE CONSTITVTO,
 ET EVM TRACTANTEM PVBLICE IN ECCLESIA AVDIENTE, PRIMVS
 10 EIVS HABITVS EST SERMO, DE GRAECO IN LATINVM A NOBIS
 VERBVM DE VERBO TRANSLATVS :

(31.) Multis, inquit, et ualde frequenter angorum imbribus inundatus ...
 (*ACO I, v-1, p. 60¹⁵-62¹⁹ ; PL 48, col. 187^A-197^A)* ... uerorum exemplario-
 rum non replebitur perfructione.

15 Et reliqua, ad praesentem rem minime pertinentia.

ITEM EIVSDEM IN ADAM TRACTATVS, CVIVS INITIVM ISTVD
 (IN ECCLESIA PVBLICE HABITVS) :

39/44 NESTOR., Serm. xv ; xvi [frg. 65.126.127 : Loofs, o.c., p. 27.39] (transl. MAR.
 MERCAT.) (cf. CPG III nn. 5704.5705 ; ACO IV, III-1, p. 371, 29 [d] ; p. 372, 30 [a]).

III.i. (30.) § 6 MAR. MERCAT., Transl. Sermonum Nestorii c. haeres. Pelag. et
 Caelest., Praef. (cf. ACO IV, III-1, p. 340, 9 [a]).

(31.) 12/14 NESTOR., Serm. xx [frg. 128 : Loofs, o.c., p. 40] (transl. MAR.
 MERCAT.) (cf. CPG III n. 5709 ; ACO IV, III-1, p. 340, 9 [b] ; p. 375, 34 [a].[b]).

III.i. (inscr.) 1/2 Nestorii ... Mercatoris] *suppleui* (ex Migne), om. P.

(32.) Sol quidem supra terras altior factus et, ad nos usque ex Oriente dis-
currens, ... (*ACO I, v-1, p. 62⁸⁰-63¹⁰ ; PL 48, col. 202^A-204^A*) ... unde fuerat
20 collapsa natura, eam inde restaurans.

ITEM EIVSDEM IN EO, QVOD SCRIPTVM EST : "HAEC OMNIA
TIBI DABO, SI PROCIDENS ADORAUERIS ME", CVIVS INITIVM
ISTVD EST :

(33.) In alium sermonem lingua perurgente, repromissionum mearum
25 praecedens magister memor, ... (*ACO I, v-1, p. 63¹¹-64⁸ ; PL 48, col. 204^A-205^B*) ... adoremus eum, qui nostrum inexorabilem inimicum deiecit
atque prostrauit.

ITEM EIVSDEM TRACTATVS ALIVS AD POPVLVM, IN ADAM.

(34.) Et auditorum me expetentium doctrinam desiderium mouet ...
30 (*ACO I, v-1, p. 64⁸-65¹⁸ ; PL 48, col. 197^A-202^A*) ... "Coexcitauit nos, et
consedere fecit in caelestibus in Christo". Cui est gloria in saecula.

(32.) 18 20 NESTOR., *Serm. xxviii* [frg. 129 : Loofs, o.c., p. 40] (transl. MAR.
MERCAT.) (cf. CPG III n. 5717 ; ACO IV, III-1, p. 340, 9 [c] ; p. 375-376, 36 [a]-[e]).

(33.) 24 27 NESTOR., *Serm. xxx [xxix]* [frg. 130 : Loofs, o.c., p. 40] (transl.
MAR. MERCAT.) (cf. CPG III n. 5719 ; ACO IV, III-1, p. 340, 9 [d] ; p. 376-377, 37
[a]-[f]).

(34.) 29 31 NESTOR., *Serm. xxxi [xxx]* [frg. 131 : Loofs, o.c., p. 40] (transl. MAR.
MERCAT.) (cf. CPG III n. 5720 ; ACO IV, III-1, p. 340, 9 [e] ; p. 377, 38 [a]-[d]).

(32.)-(33.) 18 27 *horum sermonum in uno redactorum alteram etiam versionem praebet
Migne* [PL 48, col. 205^C-214^A] ; *textus ita comparari possunt* :

<i>ACO I, v-1 :</i>		<i>PL 48 :</i>	
<i>n.</i>	<i>pag.</i>	<i>n.</i>	<i>col.</i>
32	62 ⁸⁰ -28	1	205 ^C 35-D47
—	62 ⁸⁹ -36	2	205D48-206A2
—	62 ⁸⁷ -39	3	206A3-8
—	62 ⁸⁰ -63 ⁸	8	207D48-50
—	63 ⁷ -10	9	208A1-6
33	63 ¹¹	14	"sequens oratio" 210B23
—, 1-2	63 ¹² -17	cf. 14	210B23-30
—, 3-4	63 ¹⁸ seq.	cf. 15	210D44 seq.
—, 5	63 ³⁰ -37	17-18	212A13-B25
—, 6	63 ³⁸ -64 ²	20	212D52, 213A1

(k)

NVNC EXEMPLVM EPISTVLAE EIVSDEM NESTORII AD CAELESTIVM RESCRIBENTIS, DE GRAECO IN LATINVM TRANSLATAE.

(35.) Honorabili et religiosissimo presbytero Caelestio, Nestorius in domino salutem.

5 Noli aegre ferre, uenerabilis, perferens ab his qui ea quae inferuntur ... (ACO I, v-1, p. 65¹⁰⁻³³ ; PL 48, col. 181^A-184^A) ... forsitan enim utile aliquid ecclesiis rectae fidei proueniet, domino cooperante.

Omnem fraternitatem salutamus.

Et alia manu : Incolumis et forti animo, et plurimum orans pro nobis,
10 doneris nobis, religiosissime frater.

(l)

ITEM EXEMPLVM COMMONITORII, QVOD SVPER NOMINE CAELESTII GRAECO SERMONE A MERCATORE DATVM EST NON SOLVM ECCLESIAE CONSTANTINOPOLITANAE, SED ETIAM PLVRIMIS RELIGIOSISSIMIS VIRIS ; OBLATVM QVOQVE PIISSIMO PRINCIPI
5 THEODOSIO SEMPER AVGVSTO, IDIPSVM EX GRAECO IN LATINVM TRANSLATVM PER EVNDEM MARIVM MERCATOREM CHRISTI SERVVM, IN CONSS. FLORENTII ET DIONISII VV. CC.

Per quod commonitorium cognito funestissimo errore, imperiali praecepto, tam Iulianus defensor et sequax eius cum
10 ceteris sociis et participibus suis, quam postea idem Caelestius, de Constantinopolitana urbe detrusi, in synodo quoque Ephesiensi ducentorum septuaginta quinque episcoporum sententia postmodum in praesenti damnati sunt.

(36.) Caelestius quidam, eunuchus matris utero editus, ante uiginti plus
15 minus annos discipulus et auditor Pelagii ... (ACO I, v-1, p. 65^{34-70¹²} ; PL 48, col. 63^A-108^A) ... a sanctis patribus digni habiti miseratione, suscepti sunt.

Finit.

(HVCVSQVE LIBRI MARII MERCATORIS)

III.k. (35.) 3/10 NESTOR., Epist. ad Caelest. Pelag. [frg. 132 : Loofs, o.c., p. 40] (transl. MAR. MERCAT.) (cf. CPG III n. 5668 ; ACO IV, III-1, p. 339, 6 ; p. 353, 6).

III.l. (36.) 14.17 MAR. MERCAT., Commonit. sup. nom. Caelestii (cf. CPL. n. 781 ; ACO IV, III-1, p. 339, 2).

IV.a

(9A)

SCYTHAE MONACHI COLLECTORIS
SVB NOMINE 'CATHOLICI'
DISPVATIO
XII CAPITVLORVM
CYRILLI ALEXANDRINI
ET SIC DICTORVM NESTORII
ANTI ANATHEMATISMORVM

(ACO I, v-1, p. 71¹-79¹⁸; PL 48, col. 909⁴-923^c)

ITEM NESTORII BLASPHEMIARVM CAPITVLA, QVIBVS LITTERIS
AD SE MISS<IS> A SANCTIS CAELESTINO ROMANAE VRBIS EPISCO-
PO ET CYRILLO ALEXANDRINO CONTRADICIT ET, DISPVATIO-
NIBVS BREVISSIMIS RESPONDENDO, XII CAPITVLA FIDEI, QVAE AD
; SE MISSA FVERVNT, REFELLIT.

(37^a.) Nunc episcopi Cyrilli priora posuimus quae Romana (1.)
ecclesia approbavit uero iudicio, et posteriora Nestorii; ex
graeco in latinum utraque uersa.

(A') CYRILLVS dixit: Si quis non confitetur deum esse
10 secundum ueritatem <eum>, qui est Emmanuhel, et propter
hoc ipsum 'dei genetricem' sanctam uirginem — peperit enim
carnaliter uerbum, quod ex deo est, carnem factum, secundum
quod scriptum est: *Et uerbum caro factum est* —, anathema sit.

IV.a. (37^a.) (A') 13 loh. 1, 14.

IV.a. (37^a.) (A') 9-13 CYRILL. ALEX., Epist. xvii (ad Nestorium), anath. a'
[PG 77, col. 120^{b-c}; e.a.]; Transl. DIONIS. EXIG., 12, anath. 1 [ACO I, v-2, p. 242,
25-27; PL 67, col. 17^c; e.a.] (cf. CPG III n. 5317; ACO IV, III-1, p. 173, 41 [a]).

IV.a. (inscr.) 2 MISSA³CIS P.

(37^a.) 7 adprouabit P.

(A') 10 eum] *supplui (cum Migne), om. P*

IV.a. (37^a.) (A') 9-13 cf. MAXENT., Libell. fid., XII, (23) [supra, p. 19, 299/303].

(A') Contra haec NESTORIVS dixit : Si quis eum, qui est
 15 Emmanuhel, deum uerbum esse dixerit, et non potius *nobiscum deus*, hoc est, inhabitasse eam, quae secundum nos est, naturam per id, quod unitus est massae nostrae, quam de Maria uirgine suscepit, matrem etiam dei uerbi et non potius eius, qui Emmanuhel est, sanctam uirginem nuncupauerit, ipsum-
 20 que deum uerbum in carnem uersum esse, quam accepit ad osten<ta>tionem deitatis suae, ut *habitu inueniatur ut homo*, anathema sit.

His prauis dictis CATHOLICVS contradicit ita : Sic dicit iste, tamquam deus uerbum non habitauerit in nobis, quod a pio
 25 sensu satis alienum est etiam dicere. Singulari autem stultitia et impietate plenum est dicere uerbum patris Emmanuhel non esse, sed eum, *qui natus est ex Maria*, qui inhabitauerit massae nostrae naturam, quam suscepit ex uirgine, cum omne humanum genus in confessione habeat *Emmanuhel*,
 30 sicut non ipsi finximus, sed magistra et interprete <scriptura> didicimus, significare *nobiscum deus*.

Rursum : quid hoc intellegi debeat, id est, *nobiscum deus*, quae mens hominis ambigat ? Deum namque nobiscum esse cum optamus et inuocamus : quid aliud quam eius potentiae
 35 maiestatem ? — quae, quamuis ubique tota sit et nusquam diuisa, tamen auxilio eius iuuari nos petimus et uolumus ut nobiscum sit, adiuuans scilicet nos.

Igitur si, secundum hunc egregium immo prauum magistrum, istud dei uerbo non competit, id est, ut sit, quod inuocatur,
 40 tur, nobiscum, cum sua uiderit ipse blasphemia ; sed si, ut uult, iterum iste est nobiscum, cui Emmanuhel uocabulum compe-

13/16 Matth. 1, 23. 21 Phil. 2, 7. 20.31 Mitth. 1, 23. 32 Matth. 1, 23.

14 22 ps.-NESTOR., Anti anath., 1 [frg. 133 : Loofs, o.c., p. 41] (transl. DIONIS. EXIG., 2, anath. 1) [ACO I, v-2, p. 247, 9 14 ; e.a.] (cf. CPG III n. 5761 ; ACO IV, III-1, p. 381, 40 [a]). 27 SYMB. ROMAN., *3 (cf. SYMB. NICAEN., 15) [CC 50A, p. 560, 60/63 (p. 561, 60/64)]. 33 ubique tota] cf. AVG., De trin., V, 1, (2) ; XIII, XIX, (24) ; XIV, xv, (21) [CC 50, p. 207, 42 ; CC 50A, p. 415, 5 ; 450, 28] ; e.a. — (cf. CC 50, p. 207, app. ad lin. 42).

10 deus] deum Migne 20 in ... esse] dixerit uersum esse in carnem Migne
 21 ostentationem] restitui (cum Migne) (cf. infra, lin. 103), ostensionem P inueniretur Migne 23 prauis] paruis P Sic] Haec Migne 25 etiam dicere] om. Migne 27 qui?] quia Baluze inhabitauit Migne 30 interprete scriptura] Garnier, interpreta P deus] scripsi (cum Migne), deum P 32 quid] quod Migne 33 maiestatem, add. adesse cupimus Migne 41 42 competit Migne

tat, id est, qui massae nostrae primitias habuit : duo erunt, sine dubio, secundum prudentissimam immo uecordissimam et impiissimam definitionem eius : unus, qui non sit Emmanu-
 45 hel id est *nobiscum*, *deus*, et alter, qui, ab annis quadringentis et quod excurrit, *recens* quidam et *nouellus deus* coeperit esse nobiscum.

Addit quoque ut matrem dei uerbi si quis dixerit sacram uirginem, anathema sit. Multum, ut uolunt fautores eius, post
 50 admonitionem iste correxit sceleratam primam sententiam suam, qua uniuerso mundo scandalum generauit, negans eam esse *θεοτόκον* ; dicunt enim : eum post admonitionem dixisse uel pronuntiassse *θεοτόκον*. Claruit igitur et tibi tunc quomodo dixerit, et nunc quantum in peius profecerit.

55 Non ergo, ut uult, dei uerbi, sed Emmanuhelis est mater, uirgo Maria. Esto, secundum sapientissimam disputationem eius hunc ideo uult dictum 'nobiscum' : quia massae nostrae unitus est, quam suscepit ; quid faciet, cum dicitur 'deus' ? — neque enim 'Emmanu' tantum dictus est, non etiam 'hel', id
 60 est, *nobiscum* et *deus*. Ergo iste, quem nos confiteri compellit magister erroneus : cuius auctoritatis, cuius erit potentiae, temporarius et recens ? — scriptura clamante : *Israhel, non <erit> in te deus recens et nouellus*.

Deinde : antiquum illum suum, quem nobiscum esse non
 65 uult, deum dicit an uerbum tantummodo patris ? — forsitan non substantiale, ut Samosatenus olim Paulus, sed prolatiuum atque imperatiuum intellegat. Quis ergo ex hoc non intellegat, non aduertat eiusdem Pauli eum haeresim euidentissime sapere ? — qui, sub occasione unius praedicandi dei,
 70 id est, monarchiae, deum patrem solum definit deum uerum,

45 Matth. 1, 23.

46 Ps. 80, *10.

50 cf. Matth. 1, 23.

60 Matth. 1, 23.

62-63 Ps. 80, *9-10.

45 46 ab annis quadringentis et quod excurrit] i.e., a sua impiissima definitione an. circ. 428-430.

43 dubio] add. dii Migne (cf. *infra*, lin. 144.218)

40 Multum] Verum Migne

53 tibi et tunc ~ Migne

56 Maria] om. Migne

Esto] ergo Migne

59 60

non etiam ... et] id est nobiscum sed etiam hel id est Migne

60 iste] add. deus

Migne 61 erit cuius ~ Migne

63 erit] om. P

65 uult] Garnier, uultis P

66 ut ... Paulus sed] sed ut ... Paulus ~ Migne

67 intelligit Migne

68 intelle-

gat] add. quis Migne

69 haberesim P

70 monarchae Migne

uerbum autem eius uerbum quod operationibus ex imperio praesit, sicut hominis prolatium uerbum, quod implet opera quae statuerit.

Emmanuhelem autem non natura, sed dei gratia dicit deum,
 75 illius uerbi participatione seu societate et, ut expressius dicere solet, coniunctione uel etiam unitione et interdum unitate. Quam unitatem perraro cum dicit ad decipiendos imperitos auditores, saluo sibi sensu suo, ita intellegit, sicut illud in euangelio dictum est : *Pater sancte, fac ut et isti unum sint in nobis, sicut et nos unum sumus*. Quae eius arguta unitas cum sonuerit in auribus populi imperiti, acclamatur, nosque syco-
 80 phantae et liuidi dicimur : "Ecce" iniquiunt "*unum* dixit : quid uultis amplius ?".

Accedit uanum eius illud argumentum, quo putat se con-
 85 cludere catholicam fidem — quae, secundum euangelistam Ioannem, dicit et sentit : *Verbum caro factum est* — : ut illum hinc putet confici, quia, si hoc dicatur, uersum esse pronuntietur in carnem deum uerbum ; quod et re uera <a> fide recta ualde alienum est. Manens enim dei uerbum semper in natura
 90 et essentia patris, in una eademque qua et erat essentia et est incommutabiliter, pro nostra salute *factus est homo* quod non erat, ut nos, singulos quod eramus, faceret filios suos. Hoc etiam symboli ratio Nicaenae fidei, hoc ueterum tract-
 <at>orum omnium definitio tenuit et ad nos usque trans-
 95 misit.

Addit autem iste, ad ostentationem sui : massam suscepisse dei uerbum, id est, ut *habitu*, inquit, *inueniretur ut homo*,

79/80 loh. 17, *21. 80 loh. 17, 22. 84 loh. 1, 14. 97 Phil. 2, 7.

91 *pro nostra salute* cf. SYMB. ROMAN., 2ⁱ (cf. SYMB. NICAEN., 14) [CC 50A, p. 560, 565/7 (p. 561, 565/7)]. SYMB. NICAEN., *15 [CC 50A, p. 561, 62]. 91/92 *quod non erat* cf. PS.-PHOEBAD. AGINN., Profess. fid., 6 = PS.-EVSEB. VERCELL., De trin. IX [XI], 6 = ANON., Libell. fid., 6 = PS.-GREG. LLIB., Fides roman., 6 [CC 9, p. 130, 52 ; CC 69, p. 267, 25] ; AMBROS., De fide, II, VIII, 62 [CSEL 78, p. 78, 24/25] ; c.a.

72 sicut] Garnier, scit P 84 illud] om. Migne 84 85 excludere Migne 86 ut illum] ita ut Migne 88 a fide recta] rest. Schwartz, fide recti P, fidei rectae Migne 89 dei] deus Migne 90 qua ... essential] essentia qua erat Migne quae P est] add. in P 92 quod] add. non Schwartz (cum Garnier) 93 Nicaenaeque Migne 93/94 tractorum P

84/92 cf. MAXENT. Dial. c. Nest., I, xv [supra, p. 72, 612/616].

ostentatione deus. Et haec uana et impia graecus eius sermo declarat : "Αὐτόν τε τὸν τοῦ θεοῦ λόγον εἰς σάρκα <εἶ τις> εἶποι
 100 τετράφθαι, ἣν ἔλαβεν ἐπὶ σχηματισμῷ τῆς οἰκειάς θεότητος, εἰς τὸ σχήματι αὐτὸν εὐρεθῆναι ἄνθρωπον, ἀνάθεμα ἔστω", quod est : "Ipsumque dei uerbum in carnem uersum esse, si quis dixerit, quam accepit ad ostentationem deitatis suae, ut habitu inueniatur ut homo, anathema sit".

105 "Σχηματισμόν" τε καὶ "σχῆμα" habere differentiam, omnes Graeci cognoscunt : σχηματισμόν namque illum Graeci intellegunt, ubi non ueritas, sed praesti<gi>ae, quo ad fallendos sensus aliqua assumitur simulatio uel pigmentum ; σχῆμα autem ipsam habitus significare ueritate<m> : quae nos
 110 'ostentationem' et 'habitum' dicere possimus, ut ostentatio deceptorum sit, habitus uero naturae omnis ostensio.

Quid sibi ergo nouus et uanus iste uult magister ? Scire uellemus quo σχηματισμῷ uideri se fecerit iste nouus deus eius —
 115 ipse enim dicendus est, non Christianorum. Quo uero <sch>emate inuentus est tamquam homo ? Videtisne hunc, se<u> uoluntate nequissima seu stulta ignorantia, in Manichaei sectam esse prolapsus ? qui deum non uult uerum hominem, sed phantasticum, id est, putatiuum Christum dei filium credere.

(B') CYRILLVS dixit : <Si> qui<s> non confitetur carni sub- (2.)
 120 stantialiter un<it>um esse uerbum patris, unum quoque esse

104 Phil. 2, 7. 113 Phil. 2, *7.

90 101 ps.-NESTOR., Antianath., I [frg. 133 : Loofs, o.c., p. 41] (101/104 transl. DIONIS. EXIG., 2, anath. 1) [ACO I, v-2, p. 247, 12 14 ; e.a.] (cf. CPG III n. 5761 ; ACO IV, III-1, p. 381, 40 [a]).

(B') 110 122 CYRILL. ALEX., Epist. xvii (ad Nestorium), anath. B' [PG 77, col. 120^c ; e.a.] ; Transl. DIONIS. EXIG., 12, anath. II [ACO I, v-2, p. 243, 1.3 ; PL 67, col. 17^c ; e.a.] (cf. CPG III n. 5317 ; ACO IV, III-1, p. 173, 41 [b]).

90 τὸν] om. Migne εἶ τις] suppleni, εἰ τις Migne, om. P 100 ἐν] ἐν Migne οἰκειάς θεότητος] θεότητος αὐτοῦ Migne 100/101 εἰς τὸ] rest. Schwartz, add. στο εἰστο P, ἵνα Migne 101 αὐτὸν] om. Migne εὐρεθῆ ὡς ἄνθρωπος Migne 102 Ipsumque] om. Migne 102 103 dei ... dixerit] Si quis dixerit dei uerbum esse in carnem ~ Migne 103 τε καὶ] rest. Schwartz, τιοκωι P, καὶ Migne 107 praestigiae quo] rest. Schwartz, praestio quod P, potius quae Migne 108 aliqua] rest. Schwartz, aliquas P, aliquos Migne simulatio] add. est Migne pigmentum] figmentum Migne (sed cf. infra, p. 235, 34 35 "colore") 100 significat Migne ueritate P quae] add. duo Migne 113 se σχηματισμῷ uideri ~ Migne σχηματισμῷ chematismo P 114 115 emate P 115 se P 116 sectam] sententiam etiam Migne.

(B') 110 Si quis] Qui P Migne carne P 120 unum P

Christum cum propria carne, et eundem ipsum, sine dubio, deum simul et hominem, anathema sit.

(B') NESTORIVS dixit : Si quis in uerbi dei coniunctione, quae ad carnem facta est, de loco in locum mutationem
 125 diuinae essentiae dixerit factam, eius<que> diuinae naturae carnem capacem dixerit ac partiliter unitam carni, aut iterum in infinitum incircumscrip- tam diuinae naturae coextenderit carnem ad capiendum deum, eundemque ipsum natura et deum dicat et hominem, anathema sit.

130 Contradicitur a CATHOLICO : Quasi haec consequatur et cogat intellegi ut, si qui<s> dixerit substantialiter esse unitum filium dei massae nostrae, statim eum illa absurditas premat, qua<e> corporum more demutationem dei et protensionem et inclusionem cogat fateri. Sed non ita est : cum nec hominis hu-
 135 mana anima hoc in suo corpore patiatur, quanto magis istud de diuina natura minime sentiendum est.

Deinde dicit : eundem Christum naturaliter deum et hominem non esse, sed unum filium Christum. Quae est ista nouitas tam inaudita, quae tantis labyrinthi quodammodo an-
 140 fractibus obscuretur ? Vnum dici filium debere definit, et, inuito illo immo suffocato, hac sapidula eius disputatione, duo procedunt ; nam si Christus, quem esse etiam Emma- nuhel uult, dei filius naturaliter non est, sed uerbum patris secundum naturam est filius : duo sunt, sine dubio : unus natu-
 145 raliter, alter non natura sed gratia ; unus ex aeterno, alter ex tempore. "Sed unus" inquit "ideo, quia ab illo, qui est natura, ascitus est in societatem seu coniunctionem, alter ab al-

123 129 PS.-NESTOR., *Anti anath.*, II [frg. 133 : LOOFS, o.c., p. 41] (transl. DIONIS. EXIG., 2, *anath.* II) [ACO I, v-2, p. 247, 15 19 ; e.a.] (cf. CPG III n. 5761 ; ACO IV, III-1, p. 382, 40 [b]). 140 148 NESTOR., *Fragm. incert.* 12 [frg. 134 : LOOFS, o.c., p. 41] (transl. MAR. MERCAT.) (cf. CPG III n. 5730¹⁸ ; ACO IV, III-1, p. 381, 39 [kk]).

125 dixerit] *add.* esse *Migne* eius *P* 126 dixerit] esse *Migne* ac partiliter] aut partialiter *Migne* 128 naturam *P* 130 haec] hoc *Migne* 131 qui *P* 133 quae] *Garnier*, qua *P* 134 hominis] *om.* *Migne* 140 dici] dicit *P* 142 xpm *P* 144 dubio] *add.* filii *Migne* (cf. *supra*, lin. 43 et *infra*, lin. 218) 144 145 naturaliter] natura *Migne* 145 aeterna *P* 147 148 alter ab altero] *om.* *Migne*

123/129 cf. SCYTH. MON., *Refut. Nestor.*, (5) [*infra*, p. 222, 232 239]. 128 129 cf. SCYTH. MON., *Refut. Nestor.*, (5) [*infra*, p. 224, 286 287]. 130 139 nouitas ... inaudita] *infra*, p. 207, 308.

tero" — quod totum quam uanum quamque impium sit, quicumque catholicus legit, aduertat.

- 150 Et tamen, secundum rectam et ueram fidem, unus est filius dei deus uerbum cum homine suo, quem, quando uoluit, ex anima rationali et corpore uero ac solido assumpsit; nec diuinus nec duplex est, ut hic somniat, sed unus et, u<t> ita dicam, totus atque idem deus et homo, immo, ut signatius dicamus, 155 deus homo et homo deus.

(Γ') CYRILLVS dixit: Si quis in uno Christo diuidit substantias post unionem, sola eas societate conectens secundum dignitatem <aut> auctoritatem aut potentiam, et non magis conuentu ad unitatem naturalem, anathema sit.

- 160 (Γ') NESTORIUS dixit: Si quis non secundum coniunctionem unum dixerit Christum, qui est etiam Emmanuhel, sed secundum naturam, ex utraque etiam substantia, tam dei uerbi quam etiam assumpti ab eo hominis, in unam filii connexionem, quam etiam nunc inconfuse seruamus, minime confiteatur, 165 anathema sit.

Contradicitur <a CATHOLICO>: Sequitur se prorsus, et numquam a propria pessima intentione discedit, qua unum naturaliter filium introducere molitur, alterum societate coniunctum, qui non naturaliter, sed positue uel filius uel deus esse dicatur, 170 nec tamen ueritate sit deus.

151 *quando uoluit* cf. CASSIAN., De incarn., VII, II, 2 [PL 50, col. 200⁴].

(Γ') 136 139 CYRILL. ALEX., Epist. XVII (ad Nestorium), anath. γ' [PG 77, col. 120^c; e.a.]; Transl. DIONIS. EXIG., 12, anath. III [ACO I, v-2, p. 243, 4 6; PL 67, col. 17^c; e.a.] (cf. CPG III n. 5317; ACO IV, III-1, p. 173, 41 [c]). 160 163 PS.-NESTOR., Anti anath., III [frg. 133; Loofs, O.C., p. 41] (transl. DIONIS. EXIG., 2, anath. III) [ACO I, v-2, p. 247, 20-248, 3; e.a.] (cf. CPG III n. 5761; ACO IV, III-1, p. 382, 40 [c]).

149 catholicos P 150 Et tamen] Etenim Migne 153 ut ita] Garnier, uita P 154 totius P.

(Γ') 136 aut¹] om. P Migne 162 utroque P substantiam P 163 in] om. Migne 164 seruant Migne 166 a CATHOLICO] suppleni, om. P 170 deus] om. Migne.

(Γ') 136 139 cf. MAXENT., Libell. fid., VIII, (12) [supra, p. 13, 153 157]; SCYTH. MON., Epist. ad episcopos, (III), 5 [CC 91 A, p. 553 supra, p. 160, 72 76].

(4') CYRILLVS dixit : Si quis duabus personis aut substantiis (4.) decernat eas uoces, quae tam <in> euangelicis quam <in> apostolicis litteris continentur, aut etiam eas, quae de Christo a sanctis dicuntur uel ab ipso Christo de <se> ipso, et aliquas
 175 quidem ex his tamquam homini praeter dei uerbum, qui quasi specialiter intellegi debet, applicandas crediderit, aliquas uero tamquam deo dignas soli uerbo dei patris deputauerit, anathema sit.

(4') NESTORIVS dixit : Si quis eas uoces, quae tam euangelicis
 180 quam epistulis apostolicis de Christo, qui est ex utraque, conscriptae sunt, accipiat tamquam de una natura, ipsique dei uerbo tribuere passionem tentauerit tam carne quam etiam ueritate, anathema sit.

Contradicatur <a CATHOLICO> : Consequens esse putat, ut
 185 tamquam coartetur confiteri diuinam naturam esse passibilem, si quis dixerit quia filius dei deus passus est pro nobis, et nescit quia totus homo communis ex anima et corpore, cum patitur, nihil in animae natura ex dolore patiatur.

Deinde non est his prudentior patribus in Nicaeno concilio
 190 constitutis, qui fidem symboli ab apostolis traditi nobis, propter Arrii impietatem, quae tunc emergerat, latius exponentes, ita pronuntiauerunt : *Credimus dicentes, post dei et patris confessionem, et in unum dominum nostrum Iesum Christum filium dei ; deum uerum de deo uero, lumen de lumine ; consub-*
 195 *stantiuum patri (quod Graeci ὁμοούσιον dicunt), natum, non factum : per quem omnia fecit deus pater ; qui propter nos et propter nostram salutem, ultimis temporibus descendit de caelis ;*

(4') 171: 178 CYRILL. ALEX., Epist. xvii (ad Nestorium), anath. 8' [PG 77, col. 120^{c-d} ; e.a.] ; Transl. DIONIS. EXIG., 12, anath. iv [ACO I, v-2, p. 243, 7. 11 ; PL 67, col. 17^b ; e.a.] (cf. CPG III n. 5317 ; ACO IV, III-1, p. 173, 41 [d]). 179 183 ps.-NESTOR., Anti anath., iv [frg. 133 : Loofs, o.c., p. 41] (transl. DIONIS. EXIG., 2, anath. iv) [ACO I, v-2, p. 248, 4 6 ; e.a.] (cf. CPG III n. 5761 ; ACO IV, III-1, p. 382, 40 [d]). 192, 190 SYMB. NICAEN., *1.4-5.9.8.10-11.13-17 [CC 50A, p. 561-563, 1.12/16.28 29.26 27.35 37.30.46 47.51.60.69.66.69 70.71/72.79 81] ; cf. NESTOR., Serm. xvii [frg. 107 : Loofs, o.c., p. 37] (transl. MAR. MERCAT.) [supra, p. 191, 23/27].

(4') 172 discernat Migne in¹] suppl. Schwartz, om. P in²] suppleni, om. P 174 se] om. P 176 debent P, debeat Migne 179 tam] add. in Migne 180 epistulis apostolicis] apostolicis litteris Migne utraque] add. natura Migne 181 ipsi qui P 183 ueritate] deitate Migne 184 a CATHOLICO] suppleni, om. P ut] Garnier, et P 185 tamquam] om. Migne 187 et¹] an Migne 188 patitur] add. in corporis natura Migne 189 is Migne 194 dñi uero de dñi uero P

incarnatus est, passus, crucifixus, mortuus, sepultus, resurrexit tertia die ; uenturus iudicare uiuos et mortuos et reliqua.

- 200 Numquid isti Iesum Christum, qui Emmanuhel esset et passibilis esset, alterum uero patris uerbum impassibilem intellexerunt? sed unum eundemque deum aeternum cum assumpto ultimis temporibus corpore suo, impassibilem deitate, passibilem corpore, in quo pro nobis et cum quo tamquam
205 proprio nasceretur, uideretur, pateretur et resurgeret tertia die, iterum cum ipso uenturus de caelis iudicare uiuos et mortuos.

- (E') CYRILLVS dixit : Si quis audet dicere *ἀνθρώπων θε(ε)ο-φ(ε)ρον*, id est, hominem deo utentem seu portantem,
210 Christum, et non potius deum esse secundum ueritatem, tamquam unicum filium qui naturaliter, secundum quod *uerbum caro factum <est>*, participauerit nobis similiter carne et sanguine, anathema sit.

- (E') NESTORIUS dixit : Si quis post assumptionem hominis
215 naturaliter dei filium unum esse audet dicere, cum sit et Emmanuhel, anathema sit.

CATHOLICVS contradicit : Ergo duo sunt, stultissime et impiissime, secundum te : unus qui sit naturaliter, et alius positione. Et quomodo hoc non impium est ?

- 220 (S') CYRILLVS dixit : Si quis dicit deum uel dominum esse (6.) Christi uerbum patris, et non magis eundem ipsum confitetur

(E') 211/212 loh. 1, 14. 212/213 *participauerit ... sanguine* | cf. Hebr. 2, 14.

(E') 200/213 CYRILL. ALEX., Epist. xvii (ad Nestorium), anath. ε' [PG 77, col. 120^b; c.a.]; Transl. DIONIS. EXIG., 12, anath. v [ACO I, v-2, p. 243, 12/15; PL 67, col. 18^a; c.a.] (cf. CPG III n. 5317; ACO IV, III-1, p. 173, 41 [e]). 214/216 ps.-NESTOR., Anti anath., v [frg. 133 : Loofs, o.c., p. 41] (transl. DIONIS. EXIG., 2, anath. v) [ACO I, v-2, p. 248, 7/8; c.a.] (cf. CPG III n. 5761; ACO IV, III-1, p. 382-383, 40 [e]).

(S') 220/223 CYRILL. ALEX., Epist. xvii (ad Nestorium), anath. ς' [PG 77, col. 121^a; c.a.]; Transl. DIONIS. EXIG., 12, anath. vi [ACO I, v-2, p. 243, 16/18; PL 67, col. 18^a; c.a.] (cf. CPG III n. 5317; ACO IV, III-1, p. 174, 41 [f]).

200 Numquid] Nequaquam *Migne* isti] *add.* alterum *Migne* esset] *om.* *Migne*
201 impassibile *Migne*.

(E') 200 ausit *Migne* 200 200 θεοφον P 212 est] *om.* P 215 et] *om.* *Migne* 218 te] *add.* filii *Migne* (cf. *supra*, lin. 43.144) alius] *add.* qui *Migne*.

(S') 220 dixit] dicit *Migne*

deum et hominem simul, tamquam uerbo carne facto, secundum scripturas, anathema sit.

- (S') NESTORIVS dixit : Si quis post incarnationem deum
 225 uerbum alterum quempiam praeter Christum nominauerit, serui sane formam cum deo uerbo initium non habere, et hanc increatam, ut ipse est, esse dicere tentauerit, et non potius ab ipso creatam confiteatur, tamquam naturali domino et creatore et deo — quam suscitare propria uirtute promisit :
 230 *Soluite* dicens ad Iudaeos *templum hoc, et in triduo suscitabo illud* —, anathema sit.

- CATHOLICVS contradicit : Stultorum struthionum uidetur hic se more celare, qui, collo tenus abscondi(ti, muni)tos se putant, et reliquum periculis corpus exponunt. Vnum dicit
 235 esse Christum, et suas superiores sententias impiissimas non uidet, cito oblitus Emmanuhelis sui.

- Denique a quo umquam audiuit, corpus domini consempternum ei esse ? — quamuis ex quo id dignatus assumere est, perpetuum, tamquam quod sit eius, coaeternumque sit ei.
 240 Vtinam sic saperet unum filium dei deum uerbum, secundum symbolum fidei, una cum assumpto perfecto homine, ex anima rationali et corpore — qui, ut scriptum est : *Aegritudines nostras ipse portauit et pro nobis dolet*, eas uidelicet suspendens in corpore suo super lignum —, et non ad hanc uanam impietatem Pauli Samosatani descenderet : duarum naturarum et
 245 personarum merita diuidendo.

222 cf. Ioh. 1, 14. 230/231 Ioh. 2, *19. 242/244 Is. 53, *4.11 ; 1 Petr. 2, *24.

224 231 ps.-NESTOR., Anti anath., vi [frg. 133 : Loofs, o.c., p. 41] (transl. DIONIS. EXIG., 2, anath. vi) [ACO I, v-2, p. 248, 9/13 ; c.a.] (cf. CPG III n. 5761 ; ACO IV, III-1, p. 383, 40 [f]). 232/234 cf. PLIN., Nat. hist., X, 1, 2. 240 unum filium dei] cf. SYMB. NICAEN., 4.5 [CC 50A, p. 561, 13.16]. 241/242 perfecto ... corpore] cf. SYMB. 'QVICVMQVE', 30 [CC 50A, p. 567, 51 ; CC 103, p. 21 (23), 1'2].

220 serui sane] seruique Migne uerbo] add. in P 228 tamquam] add. a Migne
 229 quam] add. et Migne 233 se more celare] rest. Schwartz, sermo recelare P
 absconditi munitos] scripsi (iuxta coniecturam Schwartz), absconditos P 238
 dignatus] add. est Migne 239 tamquam] Garnier, tam P sit] est Migne
 coaeternumque] coaeternum quoque Migne 240 sic] hic Migne 243 portabit
 P.

(Z') CYRILLVS dixit : Si quis dicit tamquam in hominem Ie- (7.)
sum deum uerbum fuisse inoperatum, et unigeniti digni-
tate(m) tamquam alteri praeter ipsum existenti tribuendam
250 esse, anathema sit.

(Z') NESTORIVS dixit : Si quis hominem, qui de uirgine crea-
tus est, hunc esse dixerit unigenitum, qui *ex utero* patris *ante*
luciferum natus est, et non magis propter unionem ad eum,
qui est unigenitus naturaliter patris, unigeniti eum appellatio-
255 ne confiteatur, eumque participem magis factum, Iesum quo-
que alterum quempiam praeter Emmanuhel dicat, anathema
sit.

A CATHOLICO contradicitur : Eadem et per eadem uol-
(u)ens, *in eodem luto uersuram soluit* : prodit enim iterum de
260 tortuosis cauernis sibilans patris sui, more serpentis. Produ-
cit namque unigenitum, quem natura filium dei uult intellegi,
quem tamen *nobiscum deum* esse non censet, quia ei nomen
Emmanuhelis naturale non tribuit, sed significatiuam solius
uocabuli appellationem, sicut et temporali Emmanuheli suo
265 unigeniti nomen minime naturale largitur, sed propter copu-
lationem seu coniunctionem illius naturalis unigeniti inanem
nuncupationem reliquit.

(Z') 252 253 Ps. 109, 3. 262 Matth. 1, 23.

(Z') 247/250 CYRILL. ALEX., Epist. xvii (ad Nestorium), anath. ζ' [PG 77, col. 121^a; e.a.]; Transl. DIONIS. EXIG., 12, anath. vii [ACO I, v-2, p. 243, 19/20; PL 67, col. 18^a; e.a.] (cf. CPG III n. 5317; ACO IV, iii-1, p. 174, 41 [g]). 251/257 PS.-NESTOR., Anti anath., vii [frg. 133 : Loofs, o.c., p. 41] (transl. DIONIS. EXIG., 2, anath. vii) [ACO I, v-2, p. 248, 14/17; e.a.] (cf. CPG III n. 5761; ACO IV, iii-1, p. 383, 40 [g]). 258/259 TERCENT., Phorm., *780 [V, II, *15] (*in eodem luto haeritas : uersuram soluit*); LACTANT., Diuin. instit., II, viii [ix], 24 [PL 6, col. 299^a; CSEL 19, p. 134, 17]; cf. LACTANT., Diuin. instit., VII, II, 3 [PL 6, col. 739^a; CSEL 19, p. 586, 10/11]. 259/260 *de tortuosis ... serpentis*] cf. CASSIAN., De incarn., VII, I, 1; VII, II, 1 [PL 50, col. 197^a; col. 199^a].

(Z') 258 259 MAR. MERCAT., Commonit. adu. haer. Pelag. et Caeclest., 14 [supra, p. 186, 60].

(Z') 247 248 tamquam in hominem Iesum] in Iesu tamquam in homine *Migne*
248 249 dignitate *P* 254 255 appellationis *Migne* 255 eumque] *om. Migne*
magis] *om. Migne* 258 Catholicus contradicit *Migne* 258 259 uolens
P 262 ei] *Garnier*, et *P*.

(H') CYRILLVS dixit : Si quis audet dicere assumptum hominem coadorari cum deo uerbo oportere et conuncupari deum, (8.)
 270 tamquam alterum cum altero — adiectio enim unius syllabae hoc cogit intellegi —, et non magis una reuerentia ueneratur Emmanuhelem, unamque <ei> glorificationem dependit, secundum quod *uerbum caro factum est*, anathema sit.

(H') NESTORIVS dixit : Si quis *serui formam* per seipsam, 275 hoc est, secundum propriae naturae rationem, colendam esse dixerit, et omnium rerum dominam esse, et non potius per societatem, qua beatae et ex se naturaliter dominicae unigeniti naturae coniuncta et conexa est, ueneratur, anathema sit.

280 Contradicit CATHOLICVS : Nullus umquam Christianorum separauit et diuisit, per <d>istantiam seu differentiam meritorum, unum et eundem deum dei filium Iesum Christum, ut eum sibi ipsum diuersa dignitate duplicem acsi disparem demonstraret.

285 (Θ') CYRILLVS dixit : Si quis eum, qui unus est dominus Iesus Christus, ita glorificatum esse ab spiritu sancto, tamquam (9.)
 aliena potentia, qua per eum uteretur, ab eoque meruisse inoperari posse aduersus immundos spiritus, et per eum implere diuina signa, et non magis proprium eius esse spiritum
 290 dicat, sicut et patris, per quem signa operatus est, anathema sit.

(H') 273 Ioh. 1, 14. 274 Phil. 2, 7.

(H') 268/273 CYRILL. ALEX., Epist. xvii (ad Nestorium), anath. η' [PG 77, col. 121^{a-b}; e.a.]; Transl. DIONIS. EXIG., 12, anath. viii [ACO I, v-2, p. 243, 21/24; PL 67, col. 18^a; e.a.] (cf. CPG III n. 5317; ACO IV, iii-1, p. 174, 41 [h]). 274/279 ps.-NESTOR., Anti anath., viii [frg. 133; Loofs, o.c., p. 41] (transl. DIONIS. EXIG., 2, anath. viii) [ACO I, v-2, p. 248, 18/20; e.a.] (cf. CPG III n. 5761; ACO IV, iii-1, p. 383, 40 [h]).

(Θ') 283/291 CYRILL. ALEX., Epist. xvii (ad Nestorium), anath. θ' [PG 77, col. 121^a; e.a.]; Transl. DIONIS EXIG., 12, anath. ix [ACO I, v-2, p. 243, 25/28; PL 67, col. 18^a; e.a.] (cf. CPG III n. 5317; ACO IV, iii-1, p. 174, 41 [i]).

(H') 270 unius syllabae] huius syllabae 'cum' Migne 271 coget Migne 272 ei] om. P 276 per] propter Migne 277 dominae Migne 281 istantiam P 283 ipsum] ipsi in Migne acsi] ac sic Schwartz (cum Garnier).

(Θ') 286 ita] om. Migne ab] a Migne 287 enque] eo quem P 287, 288 operari Migne 288 eum] ipsum Migne 289 spiritum] add. sanctum Migne

(Θ') NESTORIVS dixit : Si quis *formae serui* consubstantiali-
esse dixerit spiritum sanctum, et non potius per illius media-
tionem, quae est ad deum uerbum, ab ipsa conceptione
295 habuisse dixerit copulationem seu coniunctionem, per quam
in homines communes simul nonnumquam mirandas cura-
tiones exercuit, et ex hoc fugandorum spirituum eueniebat
esse potestatem, anathema sit.

CATHOLICVS contradicit : Quam mediationem inter deum
300 uerbum et spiritum sanctum affert inauditam saeculis omni-
bus et omnibus hominibus, scire non possumus, cum unam
esse mediationem scripturae diuinae testentur his Pauli apos-
toli dictis : *Vnus enim mediator dei et hominum, homo Christus*
Iesus, et iterum : *Ipse enim, qui fecit utraque unum, et medium*
305 *parietem soluens inimicitias in carne sua, legem mandatorum in*
decretis euacuans, ut duos condat in semetipso in uno nouo homi-
ne, faciens pacem et cetera, quae inserere longum est. Quid er-
go sibi uult ista nouitas inaudita, nisi ut etiam ab spiri-
tu<s> sancti substantia Christum separaret, nec eum ex se po-
310 tuisse sign<a> et uirtutes, sine huius et mediatione uel etiam
auxilio, operari ?

(I') CYRILLVS dixit : *Pontificem et apostolum confessionis* (10.)
nostrae Christum factum esse, sancta scriptura designat — ob-

292 Phil. 2, 7. 303/304 1 Tim. 2, *5. 304/307 Eph. 2, *14-15.

(I') 312/313 Hebr. 3, *1. 313/314 Eph. 5, *2.

292/298 PS.-NESTOR., Anti anath., IX [frg. 133 : LOOFS, O.C., p. 41] (transl. DIONIS. EXIG., 2, anath. IX) [ACO I, v-2, p. 248, 21/24 ; e.a.] (cf. CPG III n. 5761 ; ACO IV, III-1, p. 383, 40 [il]).

(I') 312/321 CYRILL. ALEX., Epist. XVII (ad Nestorium), anath. ι' [PG 77, col. 121^{B-C} ; e.a.] ; Transl. DIONIS. EXIG., 12, anath. x [ACO I, v-2, p. 244, 1/7 ; PL. 67, col. 18^{B-C} ; e.a.] (cf. CPG III n. 5317 ; ACO IV, III-1, p. 174, 41 [k]).

292 formam *Migne* 293 spiritui sancto *Migne* 293 294 mediationem] media-
tionis P, add. eam *Migne* 296 hominibus *Migne* nonnumquam,] add. et
Migne miserandas P 297 hoc] qua *Migne* 299 contradixit P 302
meditationem P 303 304 Iesus Christus ~ *Migne* 305 parietem] add.
maceriae *Migne* (cum *Vulg.*) 306 uult ista] *Migne*, uultistota P, uult ista tota
Schwartz ut] uult *Migne* 308 309 spū P 309 separare *Migne* 310
signa et] *Garnier*, signet P et²] restitui, ex P (quod seclūs. *Schwartz*), ea *Migne*.

(I') 312 et apostolum] om. *Migne*

306 nouitas inaudita] supra, p. 200, 138, 139.

tulit enim seipsum pro nobis deo patri in odorem suauitatis.
 315 Si quis ergo pontificem nostrum et apostolum alium dixerit
 esse factum praeterquam ipsum deum dei uerbum, quando
 factum est caro et secundum nos homo, sed quasi alterum prae-
 ter ipsum specialiter homine(m) ex muliere, et si quis dicit
 quia 'pro se' obtulit semetipsum oblationem, et non magis pro
 320 nobis solis — non enim indiguit oblatione qui peccatum nescit
 —, anathema sit.

(I') NESTORIVS dixit : Si quis illud in principio uerbum, pon-
 tificem et apostolum confessionis nostrae factum esse seque
 ipsum obtulisse pro nobis dicat, et non Emmanuhelis esse
 325 apostolatum potius dixerit, oblationemque secundum eandem
 diuidat rationem ei qui uniuit et illi qui unitus est, ad unam
 societatem filii, hoc est, deo quae dei sunt, et homini quae sunt
 hominis, deputans, anathema sit.

CATHOLICVS contradicit : Ecce iterum cum suo — quia ip-
 330 sius semper dicendus est — Emmanuhel, quam manifestus est,
 apparuit, cui propria merita separatim consignat, tamquam
 infimo et longe inferiori quam ille est alius, quem decernit
 non esse nobiscum deum, naturaliter tamen deum, qui illum
 dignatione coniunctionis, uocabulo seu nuncupatione, non au-
 335 tem natura, faciat deum.

(IA') CYRILLVS dixit : Si quis non confitetur carnem domini (11.)
 uiuificatricem esse, tamquam propriam ipsius dei uerbi, sed
 quasi alterius cuiuspiam praeter ipsum, coniuncti qu(id)em

315 Hebr. 3, *1. 319/320 Eph. 5, *2. 320 II Cor. 5, *21 ; cf. I Petr. 2, 22.
 322 loh. 1, 1. 322/323 Hebr. 3, *1. 323/324 Eph. 5, *2. 333 Matth. 1, 23.

322/323 ps.-NESTOR., Anti anath., x [frg. 133 : Looofs, o.c., p. 41] (transl. DIONIS.
 EXIG., 2, anath. x) [ACO I, v-2, p. 248, 25/28 ; e.a.] (cf. CPG III n. 5761 ; ACO
 IV, III-1, p. 383, 40 [k]). 327/328 deo ... hominis] cf. CASSIAN., De incarn., I, v, 2
 [PL 50, col. 25^a].

(IA') 336/342 CYRILL. ALEX., Epist. xvii (ad Nestoriam), anath. 1a' [PG 77,
 col. 121^{c-b} ; e.a.] ; Transl. DIONIS. EXIG., 12, anath. xi [ACO I, v-2, p. 244, 8/12 ;
 PL 67, col. 18^{c-b} ; e.a.] (cf. CPG III n. 5317 ; ACO IV, III-1, p. 175, 41 [l]).

314 deo patri pro nobis ~ Migne 318 homine P 320 oblationem P 328
 non deputans Migne 330 Emmanuele Migne est] om^a. Migne.

(IA') 338 quem P

eidem secundum dignitatem aut secundum quod solam diu-
 340 nam inhabitationem habuerit, et non potius, ut diximus, uiu-
 ificatricem esse, quia facta est propria uerbi dei, cui omnia ui-
 uificare possibile est, anathema sit.

(IA') NESTORIVS dixit : Si quis unitam carnem uerbo dei ex
 naturae propriae possibilitate uiuificatricem esse dixerit —
 345 ipso domino et deo pronuntiante : *Spiritus e(s)t qui uiuificat ;*
caro nihil prodest —, anathema sit. (Et subiungit : *Spiritus*
est deus, a domino pronuntiatum est : si quis ergo deum
 uerbum carnaliter secundum substantiam carnem factum
 esse dicat, hoc autem modo, inquit, et specialiter custodite —
 350 maxime domino Christo post resurrectionem discipulis suis
 dicente : *Palpate et uidete, quoniam spiritus et ossa et carnem*
non habet, sicut me uidetis habere.)

CATHOLICVS contradicit : Claudendae Christianae aures, ne
 tantam apertam blasphemiam audiant. Ait namque : carnem
 355 Christi per suam naturam uiuificatricem non esse, et adhibet
 euangeli(c)um testimonium, et id impietati suae existimat
 conuenire ; quod quam sceleste et uiolenter attraxerit, ipsa
 ueritas euangelica feriat oculos eius. Namque ibi tunc dictum
 est : *Spiritus est (qui) uiuificat ; caro nihil prodest*, quando do-
 360 cebat apostolos *secundum interiorem hominem*, id est, non car-
 naliter sed spiritaliter, uiuere oportere, et secundum hoc

343/346 Ioh. 6, *64. 346/347 Ioh. 4, 24. 351/352 Luc. 24, *39. 359
 Ioh. 6, *64. (360 Rom. 7, 22.)

343/352 ps.-NESTOR., Anti anath., XI [frg. 133 : Loofs, o.c., p. 41] (transl. DIONIS.
 EXIG., 2, anath. XI) [ACO I, v-2, p. 248, 30 - 249, 5 ; e.a.] (cf. CPG III n. 5761 ; ACO
 IV, III-1, p. 383, 40 [II]). 359/361 *Spiritus ... non carnaliter* cf. AVG., In Ioan.
 euang., XI, 5 [CC 36, p. 113, 34/37] ; ANON., In princ., VI, 54.64 [ed. "In principio
 erat uerbum", Steenbrugis, 1961, p. 10, 73/76].

359 eidem] *om. Migne* 343 deo *Migne* 344 possibilitatem *P* 345 est] *et P*
 346 caro] *add. autem Migne* 346 352 Et ... habere] *om. Migne (et "procul dubio"*
annot. "haec omnia, quamuis sint in editionibus uulgatis, delenda fuerunt ...") 346 prode
 est *P* (cf. *infra*, lin. 359.367.419) 351 et²] *seclus. Schwartz* 354 tantam] *add.*
tamque Migne 356 euangelium *P* 359 qui] *om. P* prode est *P* (cf. *supra*,
 lin. 346 et *infra*, lin. 367.419) quando] *add. Christus Migne*

353 *Claudendae ... aures*] SCYTH. MON., Refut. Nestor., (2) [*infra*, p. 217, 106].

intelligere quae audiebant, ubi recte conuenit dictum : *Spiritus est qui uiuificat ; caro nihil prodest.*

- Et hic sanctissimus, ut inutilem et fragilem atque infirmam
 365 esse carnem Christi persuadeat, ad suum blasphemum sensum
 sententiam hanc saluatoris uiolenter attraxit, tamquam de
 sua carne ille dixisset : *Caro nihil prodest !* Et ubi est domini
 item illud dictum : *Nisi manducaueritis carnem meam et*
 370 *biberitis sanguinem meum, non habetis uitam in uobismetipsis ?*
 Quam totam euangelicam circumstantiam ad confutandum
 eum uel sequaces eius, inserere necessarium et plus quam uti-
 le duximus : *Dixit ergo Iesus : Amen, amen dico uobis, non*
Moyses dedit uobis panem de caelo ; sed pater meus dat uobis pa-
nem uerum de caelo. Panis enim dei est, qui de caelo descendit
 375 *et dat uitam* <m> *mundo. Dixerunt ergo ad eum : Domine, sem-*
per da nobis hunc panem. Dixit ergo ad eos Iesus : Ego sum pa-
nis uitae ; qui uenit ad me non esuriet, et qui credit in me non
sitiet umquam. Sed dixi uobis, quia et uidistis me et non cre-
didistis. Omne quod dat mihi pater ad me ueniet ; et eum qui
 380 *uenit ad me, non eiciam foras, quia descendi de caelo, non ut*
faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui <me misit.
Haec est autem uoluntas eius qui me misit patris, ut omne quod
dedit mihi non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissima
die. Haec est autem uoluntas patris mei qui > me misit, ut
 385 *omnis qui uiderit filium et credit in eum habeat uitam aeternam :*
et ego resuscitabo eum in nouissima die. Murmurabant ergo de
eo Iudaei ad Iesum, quia dicebat : Ego sum panis, qui de caelo
descendi. Et dicebant : Nonne hic est Ioseph filius fabri, cuius nos
nouimus patrem et matrem ; quomodo ergo dicit : Quia de
 390 *caelo descendi ? Respondit ergo Iesus et dixit : Nolite inuicem*
murmurare. Non potest ad me uenire quisquam, nisi eum pa-
ter qui me misit attraxerit ; et ego resuscitabo eum in nouissima
die. Scriptum est enim in prophetis : Et erunt omnes docti dei ;
 395 *omnis ergo qui audit a patre et didicit uenit ad me. Non quia pa-*
trem uidit quisquam, nisi qui est a deo ipse uidit patrem. Amen,
amen dico uobis, omnis qui credit in me habet uitam aeternam.

362/363 Ioh. 6, *64. 367 Ioh. 6, *64. 368/369 Ioh. 6, *54. 372/419
 Ioh. 6, *32-64.

365 blasphemum] Garnier, blasphemium P 367 prode est P (cf. supra, lin. 346.
 359 et infra, lin. 419), prodesse Migne 373 374 sed ... caelo] om. Migne (ob homoeo-
 tel.) 375 uita P 380 descendit P 381 384 me ... qui] suppleui, om. P (ob ho-
 moeotel.), lacunam statuit Schwartz 384 misit me ~ Migne (cum Vulg.) 386
 nouissimo Migne (cum Vulg.)

Ego sum panis uitae ; patres uestri manducauerunt manna in deserto et mortui sunt : hic est panis qui de caelo descendit, ut qui manducauerit ex eo, non moriatur. Ego sum panis uitae, qui de
 400 caelo descendi ; si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in aeternum, et panis quem ego dabo caro mea est pro saeculi uita. Litigabant ergo Iudaei ad inuicem dicentes : Quomodo potest iste dare nobis carnem suam manducare ? Dixit ad eos Iesus : Amen, amen dico uobis, nisi manducaueritis carnem filii hominis et
 405 biberitis sanguinem eius, non habebitis uitam in uobismetipsis. Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum, habet uitam aeternam ; et ego resuscitabo eum in nouissima die. Caro enim mea uere est cibus et sanguis meus uere est potus. Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum, in me manet
 410 et ego in illo. Sicut enim misit me <uiuens> pater, et ego uiuo per patrem ; qui manducat me, et ille uiuet per me. Hic est panis qui de caelo descendi<t>, non sicut manducauerunt patres uestri in deserto manna et mortui sunt : qui manducat hunc panem uiuet in aeternum. Haec dixit docens in synagoga in Ca-
 415 pharnaum. Multi ergo audientes de discipuli<s> dixerunt : Durus hic est sermo, qui<s> potest audire eum ? Sciens autem Iesus apud semetipsum, quia murmurarent de hoc discipuli eius, dixit eis : Hoc uos offendit ? Si ergo uideritis filium hominis ascendentem ubi erat prius ? Spiritus est qui uiuificat ; caro nihil prodest.
 420 Sed qui<d> miramur eum hoc fecisse de euangelii testimonio, cum et illud aliud similiter uiolenter attraxerit et abusus sit ad impietatem sensus sui — quo putauit euangelica auctoritate ei robur afferri —, ubi dictum est : Quod de carne natum est caro est, quod de spiritu spiritus est. Namque hoc testimonium
 425 adhibuit in illo insipientissimo tractatu suo, quo primo de uirgineo partu disputauit. Quo in loco sic dixit : "Non peperit deum Maria, uir optime — quod enim de carne nascitur caro est, et quod de spiritu spiritus est —, sed peperit hominem

423/424.427/428 Ioh. 3, *6.

426/429 NESTOR., Serm. IX [frg. 135 : LOOFS, O.C., p. 41] (transl. MAR. MERCAT.) [supra, p. 188, 11/16].

400 uiuit P 407 nouissimo Migne (cum Vulg.) 408 est uere¹ ~ Migne
 meus] add. est P 409 meam carnem ~ Migne (cum Vulg.) meum sangui-
 nem ~ Migne (cum Vulg.) 410 uiuens] suppl. Schwartz (cum Vulg.), om. P
 412 descendi P 413 discipuli P 416 qui P 417 murmurauerant Migne
 418-419 ascendente] add. in coelum Migne 419 prode est P (cf. supra, lin. 346,
 359, 367) 420 qui P 422 ab P 423 afferri] rest. Schwartz, adferre P
 425 suo] om. Migne in quo Migne

- deitatis instrumentum et hominem portantem deum", cum
 430 illo tempore ad Nicodemum archisynagogum tunc non cre-
 dentem dictis saluatoris sermo esset — quia carnaliter sape-
 ret, cum audiret : *Nisi quis renatus fuerit denuo, non potest sal-
 uus fieri*, rettulit ille : *Quomodo potest istud fieri ? numquid
 senex iterum introibo in uterum matris, ut renascar ?* — ; tunc-
 435 que, notata stultitia eius, qua, ut dixi, non spiritaliter sed
 carnaliter sapere<t>, aperte audiuit : *Nisi quis renatus fuerit
 ex aqua et spiritu, non potest intrare in regnum dei* — siue, ut
 alibi scriptum <est> : *Nisi quis renatus fuerit denuo* —, ubi
 subiunxit : *Quod de carne natum est caro est*.
 440 Haec cum <ita> sint : ubi et quando adhibendum iste putauit
 dictum hoc : *Quod de carne natum est caro est ?* — scilicet ut
 deum Christum ex uirgine natum negare<t>. Namque hoc
 testimonium, quo ei proficit ? nisi ut, qui ex carne uirginis caro
 natus est, sicut homo sit tantum in quo deus uerbum habitare
 445 dignatus est.

(IB') CYRILLVS <dixit> : Si quis non confitetur deum uerbum (12.)
 carne passum esse, et carne crucifixum, et mortem carne
 gustasse, factumque *primogenitum ex mortuis* secundum
 quod est et uita, et uiuificator tamquam deus, anathema sit.

436/437 Ioh. 3, *3. 432/434 Ioh. 3, *4. 436/437 Ioh. 3, *5. 438 Ioh. 3, 3.
 439 Ioh. 3, *6. 441 Ioh. 3, *6.

(IB') 447/448 *mortem carne gustasse*] cf. Hebr. 2, 9. 448 Col. 1, 18.

430/434 cf. Avg., In Ioan. euang., XI, 6 [CC 36, p. 113, 1/6].

(IB') 446/449 CYRILL. ALEX., Epist. XVII (ad Nestorium), anath. 48' [PG 77,
 col. 121^p; e.a.] ; Transl. DIONIS. EXIG., 12, anath. XII [ACO I, v-2, p. 244, 13/15 ;
 PL 67, col. 18^p; e.a.](cf. CPG III n. 5317 ; ACO IV, III-1, p. 175, 41 [m]).

431 esset] *add. et Migne* 434 matris] *add. meae Migne* 436 sapere P, separet
Baluze 438 est] *om. P* 440 ita] *om. P* 442 negare et *add. haec cum ita sint ...*
caro est (e lin. 440, 441 iterat.) P 444 sicut] *purus Migne*.

(IB') 446 dixit] *om. P*

(IB') 446/449 cf. MAXENT., Libell. fid., XIII, (26) [supra, p. 21, 335/339] ; SCYTH.
 MON., Epist ad episcopos, (IV), 8 [CC 91A, p. 555 = supra, p. 162, 136/139].

450 (1B') NESTORIVS dixit : Si quis confitens passiones carnis, has quoque uerbo dei et carni simul, in qua factus est, sine discretionis dignitatis naturarum, tribuerit, anathema sit.

CATHOLICVS contradicit : Quid furit incassum ? quid insanit inaniter ? Nemo <non> mente captus, dumtaxat Christianus, illi ineffabili diuinae naturae, secundum ipsam uiuam
455 essentiam uel naturam, quaslibet passiones, uel quas caro nostra uel animus perturbationes et mobilitates, uel ex laetis uel ex tristibus, patitur, tribuit, quia nec animae humanae corporeos dolores assignat. Est enim in his impassibilis, quia et
460 immortalis, quamuis proprias suas, ut supra memorauimus, habeat ex mobilitate passiones ; tamen, quamdiu in consortio carnis suae degit, et doloribus illius compatiatur ex tristitia, necesse est, nihil ipsa, ut diximus, doloris patiens in sua essentia uel natura. Ita incomparabiliter et inaeestimabiliter atque inenarrabiliter illud uerbum dei filius deus gerens
465 hominem, passus ex anima et corpore, rectissime dicitur passus, quidquid illa suscepta humanitas pertulit. Ipsius enim propria tota illa humana substantia erat, quam sanandam susceperat, sibi coniungens, unum se totum cum illa faciendo, et cum illa deus manens quod erat, existens etiam homo.

Homo quoque deus ad iudicandum ita uenturus, secundum prophetae dictum, quo uisibilem dicit esse uenturum : *Videbunt inquit in quem conpupugerunt* ; et alius propheta : *Et homo est, et quis agnoscit eum ?* ; in actibus autem apostolorum,
475 angeli ad eosdem apostolos : *Viri Galilaei, quid miramini hunc uirum quem uidetis Iesum, aspicientes in caelum ? Qui assumptus est a uobis in caelum, sic ueniet sicut uidistis eum euntem in caelum.*

472/473 loh. 19, *37. 473/474 Eccle. 6, *10 (?). 473/478 Act. 1, *11.

450/452 ps.-NESTOR., Anti anath., XII [frg. 133 : Loofs, o.c., p. 41] (transl. DIONIS. EXIG., 2, anath. XII) [ACO I, v-2, p. 249, 6/7 ; e.a.] (cf. CPG III n. 5761 ; ACO IV, III-1, p. 384, 40 [m]).

450 passionis P 454 non] *suppl. Schwartz, om. P, nisi Garnier* dumtaxat] dum tamen Migne 456 quaslibet] *om. Migne* uel quas passiones ~ Migne 457 uel¹] *add. quas Migne* uel²⁻³] aut (bis) Migne 462 et] ut Migne 463 doloris] Migne (*quod et mauult Schwartz in app.*), doloribus P (*Schwartz in textu*) 466 passus] compositum Migne 471 ita] est Migne 472 quo] qui Migne 473 conpupungerunt P 474 cognoscit Migne 475/476 hunc ... Iesum] *om. Migne (iuxta Vulg.)* 476 caelum] *add. Hic Iesus Migne (cum Vulg.)*.

IV.b

(9B)

EIVSDEM SCYTHAE MONACHI
REFVTATIO
QVORVNDAM NESTORII DICTORVM

(ACO I, v-I, p. 79⁸⁸-84¹⁷ ; PL 48, col. 924^A-932^C)

(37^b). (I.) Cum autem illud eius in superiore sermone uel tractatu legitur, qui est circa finem quaternionis *, ad locum ubi signum asteriscorum est, indiscussum remanere non debet, ubi magni ludibrii sensus inauditos inferre molitur. Vult enim "quod Christus a Matthaeo neutrae naturae esse praedicatus est". Quod si ita est, quod absit, ergo nullius erit, nisi forte — quod eius capitis periculo dictum sit — beluinae.

Hanc autem illi cum impietate uecordiam ultimam parit prauus sensus eius, quo duplicem Christum pronuntiat, uelut
10 hominem et deum a se natura diuisos, cautissimus quasi et rationis liquidae disputator, et non uidet alterum Arri<um> cum uanior cautela occurrentem sibi, qui ei Christum apud se fabricatum triplicem ingerat : ex anima scilicet et corpore et deo.

Quid si ei Apollinaris quoque in faciem ueniat, qui quemlibet
15 communem hominem *τριπρόστατον*, ex anima, corpore et mente definit, aliud mentem esse uolens seu rationem, aliud animam, diuersae scilicet naturae, diuersae substantiae ? Qui, quamuis in Christo mentem seu rationem non fuisse, sed animam sine mente, pro ea autem domini uerbum, qui
20 officium mentis impleret, cum impietate deliret, tamen si quid ille praeualuisset, quod absit, ut homo communis, ut diximus, triplex esse crederetur : nonne hic insanissimus magister quadruplicem nobis intulerat Christum, ex anima, corpore, mente et deo ?

IV.b. (37^b). (I.) 5/6 cf. Matth. 1, 18.

IV.b. (37^b). (I.) 5/6 cf. NESTOR., Serm. XIX [frg. 137 : Loofs, o.c., p. 42] (transl. MAR. MERCAT.) [supra, p. 189, 51/53].

IV.b. (37^b). (I.) 1 Cum] Porro Migne eius] add. quod Migne 2 tractato P qui] P, quod Schwartz lacunam statuit Schwartz (et "excidit" annot. "numerus quaternionis, ni fallor, septimi") 11 Arrium cum] rest. Schwartz, orti cum P, haereticum Migne 14 qui] om. Migne 15 anima] add. et Migne 16 aliud] alium P 17 diuersaeque Migne

- 25 His igitur deliramentis omissis, Christum nos deum ab aeterno uerbum apud patrem, carnem factum, id est, hominem factum confitemur ex anima rationali et corpore, manente in eo incommutabili atque inconuertibili, cum patre et spiritu sancto, diuina natura ; unum totum indiuisum a sua carne
 30 et anima, ut diximus, rationali, non duplicem dicendum, non triplicem, quia nec homo communis unus ex anima rationali et corpore duplex aut triplex umquam dici potuit, sed in singularitate status sui unus et una substantia. Ita et illa infabilis diuina filii dei maiestas in sua persona et substantia una
 35 est, cum assumpta anima sua compote mentis suae siue rationis, et solido ac perfecto corpore suo, nihil harum ab istis uanissimis et impiissimis dupli uel tripli in se appellationum admittens, propter unitatem uel singularitatem, in qua ei hominem suscipere et gerere placuit, seque <e> deo et illo facere
 40 unum dominum Iesum Christum, cum patre et spiritu sancto in trinitate unum deum manentem in saecula — de quo Ioannes apostolus in epistula sua prima ita ait : *Quod fuit ab initio, quod audiuius, et uidimus oculis nostris, quod perspeximus et manus nostrae palpauerunt de uerbo uitae ; et*
